 q; terrifici cecinerūt omina vates. Cice. in Arato vidēt corripuisse  
 dicens. Occidit Andromache clarę caput & sera pistrix Labi f. hor  
 ribileis epulas funesta requirens. Ego puto mēdosum pro fera, nā  
 hoc epitheton optime pistrici cōgruit, vt ex sequētibus facile osten  
 ditur, & omnes pducunt serus. a. um. ideo nusq; dixero variari. sic  
**Serum.** produc serotinus. at serum pro aqua lactis corripit solum. Tibul.  
 lib. ij. Raraq; pnexus est via facta sero. corripit quoq; solum sera  
 ianux aut fenestræ &c. clausura. Mar. lib. x. Ferrea ppetua claustra  
**Sera.** tuere sera. nec apud Silliū vsq; pducit, quicquid dicat Nestor, quia  
 legendū est apud Silliū. lib. xij. Sera. i. tarda. sic. Obnixi torquent  
 obices munimina sera. hoc est tarda nec p futura. videto Silliū &  
 intelliges multo rectius sera legi q; sere. ¶ Sera vrbs. serum pro  
**Seranus.** ducitur. videto ser eris. in clementis. Serra instrumentū dentatum  
 positione producit vt cerritus. ¶ Seranus viri proprium, cō  
 tra primitiui naturam, quia a serendo dici testatur Bergomas, Silli  
 lib. vi. Seranus clarum nomen tua regule proles.

Verſificatorię E in primis Li. III FO. LXXVII

¶ Serius. a. u. m. i. grauis nō iocosus, hinc aduerbiū serio & seria orz  
i. res serię. Mart. Parce precor focero seria forſan amat. ¶ Seria  
vas. Perſius. O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercu  
le. Idem. Seriole veterē metuens deradere limū. ¶ Tereus variaſ  
vide e ante a primā exceptionē, rectius tamē pducit adeo, vt corri  
pere vix auſim. ¶ Theridamas cum th aspirato, viri & canis no  
men, quaſi ſeras domans. a ther theros. i. ſera, ſic pducit quicqd hic  
deriaſ. vt theron canis & viri nomē. Thero us. nympha. Thera  
quarundā vrbium nomē. Oui. iij. meta. Prima melanchetes in ter  
go vulnera fecit. Proxima Theridamas &c. Theron vide leſaps æ  
ante I. Callimach<sup>9</sup>. Nomine caliſto fuerat ſed poſt mō thera. Dicta  
fuit tellus vrbis origo meę. Claudianus in ſcđo de laudibus ſilico  
nis. Speluncas canibus thero rimaſ iberas. ¶ Xeros. i. ſiccus, quo  
in cōpoſitis vtimur pducit, vt xerolophus ſiccus tumulus, nempe  
ex lapidibus vt principum viroz, lophos tumulus eſt, xerolibya  
ſicca Libya. Xerophagium ſiccorū ciborum comeſtio. Xerophthal  
mia ſicca lippitudo. quū non fluunt oculi ſed graueſcūt. Xeria em  
plaſtra ſicca ſicut hygremplaſtra vocant̄ liquida emplaſtra. hinc  
etiam Xerampelinæ veſtes. i. virides teſte Nebriffenſi. alij alia dicūt  
Videto interpretes luue. in illud ſat. vi. Et xerāpelinas veteres dona  
uerit ipſi. ¶ Zerinthi<sup>9</sup>. Oui. i. triſt. In leui v̄to zerithia littora naſta.

**Ae** anter, **Aereus** vt æs æris, hinc ærarius, & æroas,  
vnde ſubæro, obæro, æroſus, ærificium, æruſco, æria inſula, æra, mone  
te nota, æra. i. lolium, vnde ærineus. i. loliacus. ¶ Aerugo in ſ. ru  
bigō in ære vel argento & virideſcit. rubigo vero pprie eſt in fer  
ro & ſegetibus. alij hæruugo dicunt ab hærendo, vt dictū eſt in eru  
ca e anter. ¶ Aerūna ab æro verbo græco. i. leuo & tollo. i. mi  
ſeria. hinc ærumnoſi calamitoſi, neq; fit ex e & rumen vt ſompnia  
tores dicūt. ¶ Aerope tetraſyllabū Atrei vxor, diphthongon nō  
agnoscit teſte Calepino. Oui. li. ij. triſt. Si nō aërope frater ſclerat<sup>9</sup>  
amaſſet. Conuerſos ſolis nō legerem<sup>9</sup> equos. ¶ Cæra ex veterē  
cōſuetudine, nā latini teſte Apuleio plærūq; ſolebant ita in æ diph  
thongon ꝑtere. Græci cerion ſine diphthongo fauū vocant, ſunt  
tamen qui velint latinū eſſe a careo es. eo q; mellis pfulſione careat  
Hinc multa deducunt̄, vt cæro as. incæro, cæratūra, cæreus, cæro  
tum & cæratū. cærofolium, cæroſus, cærinus, Cærium, cæris, cæro  
ma, cærithe es. fœminei generis hæba cum th aspirato, habet cæ  
rē melle miſtæ ſaporem. Verg. iij. geor. Trita meliſphylla & cærin  
the ignobile gramen. ¶ Cæruleus & cæruleus color qui glaucus

Serius.  
Seria.  
Tereus.  
Therida  
mas.  
Thero:  
Theron,  
Thera.  
Xeros  
cū ſuis.  
Aere<sup>9</sup> &  
cetera ab  
æs.  
Aerugo,  
Aerūna,  
Aerope.  
Cæra cū  
ſuis.  
Cærithe:  
Cærule<sup>9</sup>

Ioanni s despauterij Niniuitæ!

Cærites.  
Cærete is.  
Cære.

cæsius, venet<sup>9</sup> & thalassicus dicit<sup>r</sup> & cymatilis, nam cymata fluctus sunt. dicitur quasi cæluleus aut a cæra, hinc cærulea orum. i. maria. Qui. i. met. Cæruleum tritona vocat, sic cæteri. ¶ Cæretes lapill<sup>9</sup> ¶ Cærete is. neutrū, vrbis nomen q̄ agylla quoq; dicit<sup>r</sup>, & cæres itis pænultima correpta. Verg. viij. ænci. Est ingens gelidū lucus ppe cæritis amnē. Dicit<sup>r</sup> etiā hoc cære is. Sil. viij. pu. lectos cære viros, hinc patriū nomen cōmunis generis cæres etis, pænultima longa. Verg. lib. x. Qui cærete domo qui sunt minionis in aruis.

Ceremo  
niæ.  
Chæro  
cū suis.  
Chære.  
Chæru  
bulus.  
Chæro  
polum.  
Chærea  
Chærusci  
Hæresis.

¶ Cæremoniæ a cære Hetruriæ oppido, teste Pompeio. ¶ Chæro id est gaudeo. chære. i. salue, vtrūq; cum ch aspirato, hinc chærubul<sup>9</sup> viri ppriū in epidico plautina, quasi gaudens cōsulere. bule est cōsiliū. ¶ Chæropolum hæra. Col. li. xi. lam breue chæropolum. ¶ Chærea adulescens. Chærestatus, chæremōn, chærippus, chæphon sunt viros ppria. Chærelia ppriū mulieris. Chæronia vrbis nomen. ¶ Chærusci populi p ch aspirato sequēte æ diphthōgo teste Strabone, sed Lucanus corripit & Claudianus. hæc in q̄rtum Plinij Hermolaus. ¶ Hæresis. i. optio electio & secta, dictio est græca, ab hæreo mē. i. opto vel eligo, nō ab herēo vt indocti sōpniant, gtiūs est hæreseos Cice. in paradox. Cato in ea est hæresi q̄ nullū sequit<sup>r</sup> florem orōnis. i. secta p qua viam inepte dici opinamur, aspirari ostendit compositū a phæresis & epaphæresis. Mar. lib. viij. detonsis epaphæresis capillis. phal. est. Baptista in Costide hæresib<sup>9</sup> varijs. idem. Hæresibus sacrā legem tritonia pallas. Propter hæc & p̄sertim ppter Martialis autoritatē non imitabor Prudentiū hic, & in plusculis hallucinatū, in psycho machia dicentem. Ruptis hæresis petit horrida mēbris. Errant item Alexander & plures carpēdi nō imitādi hīc sūt. hæretic<sup>9</sup>, hæresiotēs, hæresiarcha &c

Hæreo cū

¶ Hæreo hinc hæresco, hæsito, hæruco, hæruca teste Apuleio. vide Eruca e ante r, & hæra q̄ terræ fixa hæreat diphthongon retinet teste Georgio valla, quicqd dicat Tortelli<sup>9</sup>. hīc hærbare. exhærbare, hærbesco &c hærbisander.

Hæra.  
Hæres.

¶ Hæres ædis, qui bonis defuncti adheret, quia dñs fit, licet sint qui ab herus. i. dñs deducāt. hīc hæredipeta &c. Hærediū prediū qd ex hæreditate puenit. Hæresi<sup>9</sup> viri nomē, addunt quidā Hæremius etiā viri ppriū. ¶ Mæreo teste Apuleio vt Nestor ait, quē sequit<sup>r</sup> Georgius Valla, p tristor, a marcendo si Varroni credim<sup>9</sup>, vnde primā diphthōgi vocalē assumpsit, hiuc mæror oris. mæstus, mæstitia, mæstifico, mærare. i. merentē facere. Pacu. qui multis mærauit modis. Inuenim<sup>9</sup> sine diphthōgo prima breui mereo, & mereor in alia significatiōe, vt in eclipticis dictū est.

Mæreo.

¶ Mæra teste Tortellio cui in dictione murus suffragatur

Mæra.

Nestor, quarta Proeti filia ex Antia vxore, est quoq; aliarū ppriū nomen. Papi. viij. theb. Quos mæra sacerdos Ediderat. Ouid. viij. meta. Et quos mæra nouo latratu terruit agros. hic est mulier in canem ysa, Vnde aliquādo canis nomē est, illic y o sacerdos veneris

Plæricq;

¶ Plæricq; plærecq; plæracq; vnde aduerbiū plæricq; singulare p l e rusq; & simplex plærus, aut plæri in vsu nō est. ¶ Quæro, quæror, quærito, sed deponens quæror sine diphthongo corripit. ¶ Quærinus viri pprium quidam addunt. ¶ Quercus, quern<sup>o</sup> quercerus, quercetū & si quid hinc sit, diphthongon hñe vult Calepinus. ¶ Sphæra aut spera. Manilius lib. i. Ingenti spæra totū precingit olympū. ideo Prudentiū non imitabor dicentē in psycō machia. Cuius ad arbitriū spera mobilis atq; rotūda, græca dictio est, p inde ineptiunt qui a spacio dictam voluti hinc sphærocismus hemisperiū, & plura. ¶ Særius nomen fluuij, at y bum spero latinum sine diphthongo pducitur.

Quæro.  
Quærc<sup>o</sup>.  
Sphæra.

Særius.

Oe ante r, Chœrulus ineptissimi poetæ nomen.

Horā. lib. ij. epist. Grat<sup>o</sup> Alexandro regi magno fuit ille Chœrulus incultis q y sib<sup>o</sup> & male natis Retulit acceptos regale numisma philippos. peccat in hoc Petrarcha in. ij. lib. epist. ad conuiciatorē interpretat porculus, nā chœrus porc<sup>o</sup> est. ¶ Chœrades & chœrillus viroꝝ ppria. ¶ Mœris viri pprium. Verg. in buco. Quo te mœri pedes an quo via ducit in vrbem. ¶ Mœrichus & Merecles viroꝝ ppria. ¶ Mœreo ita multi scribunt, sed rectius p æ diphthōgon scribit mæreo vt dixi.

œ añ r  
chœrul<sup>o</sup>  
chœra des  
chœrill<sup>o</sup>.

Mœris.  
Mœrich<sup>o</sup>  
Mœredes<sup>o</sup>

Ante s producit. vt Ctesiphon viri pprium,

e in quo teste Hermolao Barbaro peccauit Sidoni<sup>o</sup> Apollinaris in primo panegyrico dicens. Nec tessera castris In Ctesiphonta dat, totum hinc tibi cessim<sup>o</sup> axem. Idem de laudibus Narbonis. Causam seu Ctesiphontis actitaret. phal. est. ¶ Vefan<sup>o</sup> semp pducit. apud Ouid. xiiij. met. mendose habet in multis libris vefana p infana. Iesus huc nō ptinet contra plures vt dixi. ¶ Mesana vrbs Siciliae a latinis semp pducit, quos sequemur, licet Thomas Pyndari interpretes corripuit Mesene teste Nestore. Sil. lib. xij. Incubens mesana freto niuibuscq; reuulsa.

E añ S.  
Ctesiphō

Mesana.

Exceptio.

¶ Mesembriaci. Oui. i. li. trist. Inde mesembriacus portus & opefon, & arces. Pretereat, a mesembria oppido dicit. ¶ Rhesina variatur. Mar. lib. iij. Veterno rhesinaq; pigriores. phal. est vbi iambus est primo loco more Catulliano, licet id rarissimū sit apud Martialem. Idem in eodem Rhesina veneto nec refecare lu

Mesembriaci.

to. lu. sat. viij. Nam quid rhesinata iuuentus. Mart. lib. iij. Rhesinata  
 bibis vina falerna fugis. ppter hæc nō assentior Apuleio qui teste  
**Sesostris** Nestore vult rhæsina æ diphthongon habere. ¶ Sesostris ægy-  
 pti rex Luca. li. x. Venit ad occasum mundi; extrema sesostris. Au-  
 sonius oo geminauit dicens ad Pontiu. Et qui regnavit sine nomie  
**Thesis.** mox sesoostris. ¶ Thesis. i. positio corripit, vt liquet ex compo-  
**Vesagus.** sitis, antithesis, synthesis &c. ¶ Vesagus viri pprium. Sil. lib. iij.  
**Vesulus.** Demetit auersi vesagus tum colla iubac; Suspensam portans ga-  
 leam. ¶ Vesulus viri pprium. Idem lib. x. Tum Vesulum cal. do  
 lapsantē in sanguine fratru Ense metit rapido. Est etiā Liguriæ mōs  
 Verg. x. enei. Actus aper multos Vesulus quē pinifer annos Defen-  
**Veseris.** dit. ¶ Veseris teste Sulpitio. ¶ Veseuus variat. Sta. iij. syl. Tibi  
**Veseuus.** nobile vulgus Crescit, & insani solat dāna Veseui. Verg. ij. geor.  
 Talem diues arat Capua & vicina Veseuo Nola iugo. sic legit Ne-  
 stor, dicens Nola in esse campaniæ oppidum. alij legunt ora. i. re-  
**Vesuius** gio. Est autē Veseuus mons Cāpaniæ qui p syncopā Vesuius dicit  
 appellat quoq; Vesuius p quattuor syllabas. Sil. li. xij. Mōstrant  
 veseua iuga atq; in v̄tice summo Depasti flā mis scopuli. Idē alibi.  
 Euo munit pastus p̄scula Vesuius ignes. sic Martia. Hic est p̄p̄ineis  
 viridis modo vesuius v̄mbris. nomē habet a cōflagratione q̄ con-  
 flagratus est, nam Vesuiæ secundū veteres fauillæ sunt.  
 ¶ Esau. Guaguinus corripuit, vt visum est in vocali añ vocalem.  
 Ae añ s Aesagiū montis propriū teste Tortellio.  
**Aesagiū** ¶ Aestus, æstuo, æstas & si qd hinc deriuet. ¶ Aesac⁹ p̄nami fili⁹  
**Aest⁹ cū** in mergum v̄sus. ¶ Aesculus arbor ¶ Aesculapius solis filius.  
**suis.** ¶ Aeschynes orator. ¶ Aeschylus poeta. ¶ Aeson Iasonis p̄  
**Aescul⁹** ¶ Aesopus fabulator phrygius, æsepus vide e antep. ¶ Aesar &  
**Aescula** æsarius fluuij nomē. Aestimo nō (vt impitiores dicūt) estimo. fit  
**p̄ius &c.** em teste Nestore & Laurētio Valla ab æs & timao. i. app̄cio hic mu-  
**Aesis.** tando diphthōgon in i longū cum prepositiōe ex, fit existimo.  
**Aesqlię** ¶ Aesis fluuij nomē, vñ vrbs quedā Vmbrię dicit æsis vel æsia, in  
**Exquilię.** colę v̄o æsinates. ¶ Aesquilię teste Georgio valla, sed rectius scri-  
 bimus exqlię, qa teste Oui. ab excubijs dicunt, nā ait in fast. Adde  
**æsymus** q̄ excubias vbi rex Roman⁹ agebat. Qui nūc exqlias noie collis  
**æsymn⁹.** habet. mons est qui exqlin⁹ quoq; dicit. ¶ Aesym⁹ cū y græco  
 teste Totellio, vrbs thrachię. ¶ Aesymnus cū y græco teste eodē.  
**Blæsus.** græcorū p̄iceps ab Hectore interfect⁹. ¶ Aesthatocolicō. ¶ Blæ⁹  
**Cæsum** titubās, q̄ l̄ras p̄ferre neqt, a blaterare deriuari volūt. ¶ Cæsum su-  
**cū suis.** pinū a cædo. hic cæ⁹, cælio, cæsim aduerbiū p̄ incisionē, cæsar &  
 cæso onis, cæso ni⁹ & a cæsarea &c. cæsaries, cæsura, cæspes, cæspitare, &

Verficatoriæ E in primis Li. III FO. LXXIX

**Cæstus** pugilum arma, a cædēdo hæc omnia dicuntur. at cæstus cingulum diphthogon non agnoscit. ¶ **Cæfena** quoque vrbs vocata est quæ exiguo amne cæfa. i. diuisa sit, incolæ cæfionates dicuntur. ¶ **Cæstrum** instrumentum quo cauatur ebur, at pro telo quoddam cæstrum sine diphthogo scribitur. **Cæsitum** linteolum circūcisas oras habens. ¶ **Cæsius** color quasi cælius, hinc cæsulia oculos cæsius habens. ¶ **Fræsus**. a. um. i. fractus, vetus est, hinc fræse fabe. ¶ **Gæfa** orū, tela gallica quæ nonnulli per c. cæfa dicunt, & a cædēdo fieri putant. ¶ **Hæsi**, hæsum, hæsito satis patet ex heroe. ¶ **Læstrygones** teste Guarino, licet Calepi. inter non diphthogata reiecerit. Guarino astipulatur Tortellius & Nestor, populi fuerunt in extremo italiæ pessimi quos humana carne victitasse prohibet, a læsteias. i. latrocinium. ¶ **Mæsolus** fluius Indiæ vt docet Nestor in dictione mausolus. ¶ **Mæstus**, mæstitia, mæsto as. mæstifico. vide mæreo æ ante r. ¶ **Pæstum** oppidum Lucaniæ, vñ pæstanus. a. um. ¶ **Phæstus** masculini generis, filius Bori, & mons siue promontorium cretæ. Phæstus feminini generis vrbs in monte phæsto. ¶ **Quæso** eclipticum verbum, quæsiui quæsitum, quæstio, quæstor, quæstus id est lucrum. at quæstus. i. querela sine diphthogo scribitur. ¶ **Apuleius** teste Nestore addit thesaurus, versa klira in æ diphthogon, id in eo nomine vix inuenio obseruari. Omisi in æ añ r **Phærcus** Alexandri tyrani cognomen, a phæra vrbe, quæ phærcus inuenio vbique primam corripere. **Oe** ante s, **Cræsus** rex Lydiæ ditissimus a Cyro victus ¶ **Mæsia** vrbs & quarundam regionum nomen, mæstus, mæstitia, vide mæreo æ añ r. Rectius putamus per æ diphthogon scribi mæstus & c. ¶ **Oestrus** ab œstreo. i. insanio, quia volatile paruum est quod armata vexat, & in furorē ferme agit. alio nomine asilus & tabanus appellatur, & aliquando in neutro genere œstrum teste Tortellio. Verg. Est lucus siliari circa ilicibusque virētem Plurimum alburnum volitans cui nomen asilo. Romanum est, œstrum graue vertere vocantes. Aspacerbasonas quo tota exterrita syluis. Diffugiunt armata. Statius pro furore poetico sumit dicēs. Tempus erit quum laurigero tua fortior œstro Facta cana. & pro furore diuinaculoꝝ. Iuuenalis cepit dicens. sat. iij. Planaticus œstro percussus bellona tuo diuinat. nonnumquam diphthogus diuiditur. Sta. ij. syl. docto pectora concitusque œstro. phal. est. ¶ **Oestros** fluius Pamphylæ vt Mela docet. ¶ **Oesypum** cum ygræco teste Georgio Valla, vnguētum quoddam quo mulieres utebantur. Oui. li. i. de remedio. Pyxides inuenies & rerum mille colores. Et fluere in tepidos œsypa lapsa sinus Nestor male legit esopa cum æ diphthogo in prima syllaba & o in secunda, dixitque signi

Cæstrum

Cæsitum

Cæsius.

Fræsus;

Gæfa.

Læstrygo

nes.

Mæsolus.

Mæstus;

Pæstum.

Phæstus.

Quæso.

Quæsiui

Phærcus

œ añ s.

Cræsus.

Mæsia.

Oestrus;

Tabanus.

Oestros;

Oesypum.



patentia ventis. nam fretum semper corripitur.

¶ Geta vel getes. ē. gens truculentissima dicente Ouidio. Nulla Ge- Geta,  
 tis toto gens est truculētior orbe. Idem in Ibide. Inter sarmaticas in-  
 ter geticasq; sagittas. mendo se legiū getas, quia ineptū est getas sa-  
 gittas. Verg. myuro vsus est dicens Mortē contēnunt laudato vul-  
 nere gete. sextus pes iambus est. lu. sat. iij. Tanq; de geticis aliqd tor-  
 uisq; lycambis. Mācinellus legit getis, & dicit hic primā p̄duci qd  
 nuncq; imiteris. ¶ Heteros. i. alter vel aliter. hinc heteroclit<sup>9</sup> & (vt Hetruria:  
 Nestor declarat) Hetruria licet sine aspiratione quidā scribi volue-  
 rūt Etruria, & alij pessime cum diphthōgo ætruria. Proptius in. i.  
 Sit mihi p̄cipue puluis hetrusca dolor. Ver. ij. Geor. Sic fortis hetru-  
 ria creuit. ¶ Meta p̄positio græca. i. trans. hinc methodus, meta- Meta:  
 phora &c. Metros. i. mēsurā. vñ metrodor<sup>9</sup>, metreta, dimetrū &c. Metros  
 Mart. li. v. Plurimus hispanas mittet mihi nautā metretas. at meter cū suis.  
 id est mater p̄duciū, vnde metropolis, ortygo metra &c. ¶ Metal- Metallū  
 lum facile occurret testimoniū. ¶ Metaurus vel um. fluuij nomē Metaur<sup>9</sup>.  
 Hora. iij. car. ode. iij. Testis metaurum flumen & hasdrubal. & sus  
 est alcaicus dactylicus. Luca. lib. ij. In læuum cecidere latus veloxq;  
 Metaurus Crustumiuq; rapax & iūctus sapis Isauro. ¶ Metiscus Metiscus,  
 p̄prium viri. Sil. lamq; hocum rutulumq; pholum ingentemq; Metha-  
 Metiscum. ¶ Methanœa penitentiae dea. Auso. in epig. Nempe noœa.  
 vt pœniteat sic methanœa vocor. ¶ Metyllus venefici nomen. Metyllus  
 Mart. lib. iij. Iratum calicem mihi metylli. phal. est meterēi populi. Meterēi.  
 vide iazyx in fine libri primi. ¶ Metabus viri proprium. Sil. lib. Metabus  
 iij. Non illum Metabus non illum celsior Vfsens Euasere tamen.  
 ¶ Metellus viri proprium in. ij. Martialis & apud Vergilium &c. Meton:  
 ¶ Metopon vide in o. ante p. ¶ Meto & metuo nota sunt. Metho-  
 ¶ Metō viri proprium. Rufus in arato. Sed primēna Meton exor-  
 dia sumpsit ab arte. ¶ Methone cum th aspirato vrbis nomen. ne.  
 Valerius flaccus. li. i. Nelidesq; periclymenus quem parua metho-  
 ne. Seneca in Hecuba. An frequens riuis leuibus Methone. Quæ  
 sub oethæ latebrosa syluis. Misit infestos troiæ ruinis. Nō semel ar-  
 cis. sapphici sunt cum adonio. vbi oethæ trissyllabū prima pro-  
 ducta, & troiæ trissyllabum prima correpta.  
 ¶ Retro aduerbiū, vnde retrorsum &c. Oui. Acta retro naris &c. Retro:  
 retro prepositio non est.  
 ¶ Tetricus mons sabinorum asprimus. hinc tetricus. a. um. pro Tetricus;  
 aspero, tristi, fevero. Martia. in apo. Ne mendica ferat barbati prā-  
 dia nudi Dormiat & tetrico cum cane pera rogat. Sil. lib. viij. A te-  
 trica comitantur rupe cohortes.

... Nihil...  
 ... vide...  
 ... meta...  
 ... Exceptio...  
 ... ante...  
 ... Patalus...  
 ... go nosc...  
 ... q; thipas...  
 ... uis? Seneca...  
 ... p̄m vñ vide...  
 ... egdi Aug...  
 ... i dicit...  
 ... Defici...  
 ... vnde...  
 ... ho des is...  
 ... chis aceruz...  
 ... similia...  
 ... arum...  
 ... nis statu...  
 ... dicit quia...  
 ... at Ethel...  
 ... heb...  
 ... ndus docet...  
 ... Pius i illū...  
 ... loq;...  
 ... icar...  
 ... scult...  
 ... ay p̄dico...  
 ... ne leg...  
 ... e p̄m...  
 ... abū non...  
 ... nōm...  
 ... rripus...  
 ... erunt...  
 ... ste...  
 ... ta dicit...  
 ... s. Mend...  
 ... el Lucra...  
 ... ceur. Lucra...

Ioannis despauterij Niniuitæ

**Tetra** cū suis. **Tetrinio.** **Thetis.** **æ añ t.** **Aethia.** **Aetho** cū suis. **Aether.** **æthiops.** **Aetna.** **Aethalia.** **Aetolia.** **Cæteri.** **Dætor.** **Frætus.** **Gætula.**

¶ Tetra. i. quattuor. vnde tetrasyllabum. Tetradorō penultima lōga quattuor palmarū. doron. i. palmus. Hora. sat. iij. Habebat sepe ducētos Sæpe decem seruos modo reges atq; tetrarchas. ¶ Tetrinnire anatum est quū vocem edunt, si authori Philomelæ credimus dicēti. In fluuīscq; natans forte tetrinnit anas. ¶ Thetis cum aspiratiōe in prima syllaba & i latio in secūda Achillis mater. Oui. xi. met. Iuppiter æquoreꝝ thetidis cōnubia vitat. ¶ Tethys cū aspiratione in secūda syllaba sequēte y græco, vxor Oceani variat, sed rectius pducit, pductio nē vide in vltimis. Mart. versu secūdo libri quinti. Cæsar & hinc triuīā pspicis inde. Tethyn. Verg. ecloga iij. Quę tentare Tethyn ratibus quę cingere muris. Oppida q̄ iubeant. legit quoq; actūs tethyia apud Priscianū in perihgesi.

**Æ** ante **Aetas** per syncopam pro æuitas. hinc æternus, æterno as. ¶ Aethia pro causa multi diphthōgo notant, vñ æthologia causæ redditio. ¶ Aether & quicquid est ab ætho. i. ardeo, vt æthra mulieris, ppriū & ætheris, splendor. æthiops Vulcani filius, & æthiopię populus, a cremato aspectu. Ops opos aspectus dicit. ¶ Aethon solis equus, ætherius viri nomē. scribit autē ætho cum th aspirato. Aetna mōtis nomē, eiusdē est originis extrita aspiratiōe. teste Georgio Alexadrino in epistolā Sapphus vbi dicit. Arua phaon celebrat diuersa typhoidos ætnę. Aeteus. Aetites.

¶ Aethalia cum th aspirato & a in secūda syllaba, insula in mari Ligustico. ¶ Aetolia cum o in secūda syllaba sine aspiratione, vñ ætolus regio est cōtigua acarnaniæ. ¶ Aeta mōs thessaliæ vt ait Calepinus, sed melius scribit cum œ cætha vt dicem⁹. ¶ Cæteri, cæteræ cætera, in raro vsu est singulare cæter, cætera, cæter; qđ cōiunctio etiam est. ¶ Cœtus vide in œ diphthongo ante t, cœtus.

¶ Dætor oris, viri propriū. ponit hoc Tortellius, ex quo nō pauca sumpsimus. ¶ Frætus. i. confusus, quidā a fruor deducunt, alij aliunde. ¶ Gætula regio a phricæ. cuius incolæ gætuli dicuntur. Mar. lib. x. Ad maniū. Tecū ego velsicci gætula mapalia Pœni, Et poteram scythicas hospes amare casas. Idē in quarto epigrāmate. Tradita gætulis nec cepit arena nocētes. ita legeudum censet Sulpitius, licet vulgo habeat traducta est getulis, qđ Georgius Merula ita credit emendādum Traducta est geticis aut gyaris Quādo in vtrūq; locum relegarent nocētes, nam nimis licēter contra rationē græcā & vsu latinoꝝ primas syllabas poeta corripuisset, nulla metri necessitate coactus. Est tamē q̄ corrigat tradita gætulis, quā correctio nem nō improbam⁹, q̄q; vt vera sic frequēs lectio sit traducta nō tradita. hæc Georgius Merula: Nestori nulla correctio placet, &

dicat diphthongon corripí, vt in meotis, & secundā vt in appulus  
 contra primitiui naturā, nobis magis placet lectio Georgiana aut  
 Sulpitiana, licet mendose quoq; apud Acretiū citetur hic vsus, vt  
 ostendat significatio verbi defero quia sequit. Et delator habet qd  
 dabat exiliū. Itaq; si mihi auscultes nunq; corripies primā aut secū  
 dam in gætulus, hinc gætulicus tam pprium q; appellatiuū. Iu. sat.  
 viij. Salue gætulice seu tu. ¶ Lætor aris. lætus & quicquid hinc fit **Lætus.**  
 vt lætamē, quia seges lætas facit. ¶ Pætus pprium & appellatiuū **Pætus.**  
 p eo qui oblique in altū respicit, & qui oculos leuiter versat, vt la  
 sciui, hinc Veneris oculi Pæti appellant. ¶ Ræte vel rætis, ræticu **Ræte.**  
 lum, rætiaculum, rætia ē irretire &c. teste Apuleio vt docet Nestor  
 nam Apuleij grāmaticā non vidi. ¶ Tæter a. um. i. malus, fœd<sup>9</sup> **Tæter.**  
 insuauis. hinc tetrare verbum Nestor testis est a veteribus hanc vo  
 cem diphthongo annotatā fuisse, quos imitari ope precium est.

Oe ante t Cœtus, i. conuentus, cōgregatio, at p pisce œ añ t.  
 cætus æ diphthongo annotat secundū Apulen sententiā, teste Ne **Cœtus.**  
 store, licet Gasparinus & Tortellius diphthongon habere negent,  
 quia græce diphthōgon nō agnoscit, pluraliter cæte dicim<sup>9</sup>. A uie  
 nus in arato. Disflante andromedam prolixi tramite mūdi Perter  
 ret cætus. hoc est contra Seruiū, quia putauit singularē ntīm nō in  
 ueniri. ¶ Cœten græci thalamū vocāt, hinc procoction antitha **Cœten.**  
 lamū dicunt teste Calepino. ¶ Fœtus fixum quartē, & adiectiuū **Fœtus.**  
 fœtus. a. um, fœto, fœtifico fœtuosus non fœtosus, fœtura.

¶ Fœteo fœtidus &c. ¶ Hœthyni cum th aspirato sequente y grę **Hœthyni**  
 co, populi quidam teste Tortellio. ¶ Hœtychius teste eodē, viri **Hœtychi**  
 pprium, cum t exili sequente y græco & ch aspirato. ¶ Lœtum. i. us.  
 mors, a luo teste Apuleio Priscianus credit latinū esse ab antiquo **Lœtum.**  
 verbo leo les let, quia mors omnia delet, ideo sine diphthongo scri  
 bimus letum. Varro a lethe quod obliuionē dicit facit lethum sine  
 diphthongo cum th aspirato, nec defuerunt qui cum lœtum scri  
 berent per antiphrasin qd minime lœtum sit, hinc lœtalis &c.

¶ Mœtius vir doctissim<sup>9</sup> tēpore Horati, de quo in arte ait. Siquid  
 tamen olim Scripseris in Mœti descendat iudicis aures. **Mœtius.**

¶ Oetha cum th aspirato thessalie mons. vnde Hercules œthęus di **Oetha:**  
 citur, quia in illo mortuus est. Verg. in Ciri. Postera lux vbi læta diē  
 mortalibus almū. Et gelido veniens mani quatiebat ab œtha. mē  
 dose legebat, & gelido veniēte mane vt docet Badius, quia mane  
 semp pducit, ergo mani legit iuxta dicta Seruij & Sergij. Interdum  
 diuidit diphthongus. Vale. flac. lib. ij. Phasin & Oethen scythiciq;  
 pericula ponti Redde ait, vide methone e ante t.

Ioannis despauterij Niniuitæ Verificatorij

**Oetosyros.** ¶ Oetosyros Apollo dicitur. ¶ Oetus sine aspiratione Aolei filius pugnauit cum dijs in Creta. vnde oetij campi. dicit hoc Tortellius Verg. in culice. Nam victus sedet immanis serpētibus oetos Deum etum moestus procul aspiciens ephialtē. male plærifq; in libris habetur othos. ¶ Proetus vir cuius filij proetides dicuntur.

**Rhoetus.** ¶ Rhoetus mons troiē, hinc rhoeteus. a. u. m. ¶ Rhoeteus dissyllabū viri proprium in primo Valerij flacci.

**E añ u.** Ante u pducitur, vt leuinus, leuina. Mart. lib. vi. In Pompeiano dormis leuine teatro. male autē Petrarha in vi. aphyricę. Illa sed asperior sententia visa leuini Optima. Sic leui, leuita, licet nōnulli hæc puerse corripuerunt.

Exceptio.

**Leuis.** ¶ Breuis breuiare facile occurret testimonij. ¶ Leuis non grauis

**Seuerus.** leuitas, leuare, Verg. in buco. Ante leues ergo. ¶ Seuerus a sequēdo verē vt Seuerus iudex. Bebelius dicit inepte dici seuerus leo pro crudelis. Verg. am nēq; seuerę. i. tristem ait Calepinus.

**æ añ u.** Ae ante u Aeuia vxor Adami, ptoplasti. Aeuum æuiter nus græci çon dicunt. ¶ Læuis teste Calepino p plano non aspero, Persius. Trossulus exultat tibi per subsellia læuis. sic leuor, læuigo &c. Sta. i. theb. Pars teretes leuare manu ac disponere mēdas Nestor & Georgius valla negant hæc diphthongon habere, quia leuo græce cū ei diphthōgo scribit, quā in e longā vertere cōsueuimus aut in i longā. ¶ Læuus. a. u. m. i. sinister, hic læua sinistra manus græce læa dicit, hinc leuorsum. ¶ Næuus corporis macula, hinc næuosus, & Næuolus viri pprium, & Næueus, næuia hoim ppria. ¶ Scæuus cum sc. i. sinister, scęa sinistra man<sup>9</sup> græce dicit, hinc scęuola viri cognomē & aliquādo nomen. ¶ Sæuus. a. u. m. id est durus, horrid<sup>9</sup>, crudelis, hic sæuio is. & sæuitia es. seuiio is. &c. æ ante u non inueni.

Oe ante Z.

**æ añ Z.** ¶ Træzen enis. viri & vrbis nomen, cuius incolæ træzeni dicunt, diphthōgon habere testis est Tortellius. Seneca in hecuba. An maris lati sinuosa træzen. sapphicum est, aliquando diphthongus diuiditur prima breui. Stat. Et quas vicina træzen lungit opes, ita legit Hermannus torrentinus an recte nescio, quia non est mihi nūc Papinius.

I ante consonantes in primis syllabis.

**Libya.** Ante b corripit vt libya vel libye. Lucr. li. ij.



Continuo Libye dominis priuata superbis. ita lego licet vulgo ha  
 beatur libya cōtinuo &c. Liburnū vehiculi genus contra Alexan  
 drum vide a ante r baris. sic Liburni populi apud Hora. & alios.  
 Iber iberus vt ex cremenis liquet, ideo errat Petrarcha in. ij. aphri  
 cę dicens. Littus ad iberū resonet fibra. teste Nestore. Liban<sup>9</sup> mons  
 Priscianus in Dionysio. Ast humilē libanus claudit portentus in  
 ortum. Non sequar Seduliū lib. iij. dicentem. Semper habens frō  
 des & tanq̄ libana cedrus. Tyberius viri pprium in quo errat Lip  
 pius vt in prefatione ad Meccenatē meum declarauī. Hora. iij. sat.  
 lib. ij. Te tyberī nūerare, cauis abscondere tristem Pertinui. vt ūs est.

Liburnū.  
 Liber.  
 Libanus.  
 Tyberī<sup>9</sup>.

Exceptio.

¶ Fibula vñ ꝑba refibulo, diffibulo. Ver. iij. ꝑnei. Aurea purpure  
 am, subnectit fibula vestē. Mart. li. ix. iam pedagogo liberat<sup>9</sup> & cu  
 ius refibulauit turgidū faber penem. Scazon duplex. Papi. vi. theb.  
 Torto chlamydem diffibulat auro. ¶ Hybern<sup>9</sup> ab hyems satis  
 patet hybris teste Nebrissen. ¶ Ibis. Iu. sat. xv. Pars hæc illa pauet  
 saturam serpentibus ibim. ¶ Ibicus viri proprium. Hora. iij. car.  
 ode. xv. Vxor pauperis ibici. versus est glyconicus. Ibo, scibo, sci  
 bam in cremenis patent. ¶ Liber. i. bacchus, & mobile vnde li  
 bero, liberal<sup>9</sup> &c. Verg. Liber & alma ceres. Idē. libertas q̄ fera tñ &c.  
 pro cortice & codice corripitur. Hora. Hic meret ꝑra liber.

Fibula.  
 Ibis.  
 Ibicus.  
 Liber.

¶ Libo as. Vergi. Oscula libauit. ¶ Libum. Idem. Et adorea liba  
 per hærbam, sed Libo pprium viri corripit apud Hora. epist. xx.  
 ¶ Libra licet Nestor quodam in loco velit corripī, hinc librare &c  
 Lucre. lib. iij. Et libella aliqua si ex parte claudicat hilum. Omnia mē  
 dose fieri & obstypa necessum est, quare nō imitabor hymnogra  
 phum Paulinum Nolensem episcopum dicentē. Nardi maria pi  
 fici. Sumpsit librā mox optimi versus sunt dimetri iambici.

Libo.  
 Libra.

¶ Libethrus vel a. mons & fons magnesię musis sacer, vnde ipse li  
 bethrides dicunt cum th aspirato. Rufus in arato. Et deuota virum  
 teget libethra p̄emptū. Verg. in buco. Nymphę noster amor li  
 bethrides. ¶ Phibæ teste goudano. ¶ Scribo vnde scriba ꝑ &c.  
 Horat. Scribimus indocti. ¶ Scribonius & scribonia hominū  
 ppria. Propert. lib. iij. Nec te dulce caput mater scribonia læsi.

Libethr<sup>9</sup>.  
 Scriboni  
 us.

¶ Scriblita placente species. Mart. lib. iij. Circūlata diu mensis scri  
 blita secundis. Verebat nimio sæua calore manus. ¶ Scibilis vt sci  
 bam & scibo. ¶ Sibulus vel um. sibilo. Verg. Veniētis sibul<sup>9</sup> austri.  
 ¶ Sibia. ¶ Tibia. Pap. viij. theb. Tibia cui teneros suetū pducere ma  
 nes. nequeo excusare Petrarcham in septima. aphricæ dicentē. Im  
 pteat hic ocreas femori tibiasq; pedesq; Armet, hinc tibicen.

Scriblita:  
 Tibia.

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij.

- Tribulum li. & pro eodem tribula lę, vehiculi genus quo frumęta in area terunt. Verg. i. Geor. Tribulaq; trahęq; & iniquo pondere rastri. hic neutrū est. Varro E spicis in area excuti grana, qđ fit apđ alios iumentis iunctis, & tribula hic scemineū est. tribulus autē. i. spina corripit notū est. Oui. x. met. Lolium tribuliq; fatigant Triticeas messes. ¶ Tybur oppidi nomen cū y gręco, vide catyllus a añt hinc tyburs & tyburtinus & propria tyburtus. vii. ænei. Tyburna Murri vxor apđ Sill. li. ij. ¶ Vibius. i. duplicis vitę, vt anser anaf q; quia tam in terra qđ in aqua viuit. Sta. ij. syl. Vibia cur magnos æquent animalia diuos. Vibius quoq; viri ppriū est. Mart. lib. ix. Vibius hanc Marti p duce vouit auem. ¶ Vibidius viri nomē. Hora. fat. vlt. Sūmus ego & ppe me viscus thurinus & infra. (si me mini) varius cū seruilio balatrone Vibidius qđ mœcenas adduxerat vmbas. ¶ Viburnū breuissimū virgultum. Vergi. in buco. Quantū lenta solēt inter viburna cupressi. ¶ Vibex patet in crementis. ¶ Gibbus positiōe pducit a nōnullis male exceptum. Ante c corripitur, vt frico. Mart. lib. iiij. Hinc i oleo corpusq; frico molliq; palestra. Stringo libens. male in plariscq; libris o mittit priusq; quia frico vbiq; corripitur, vt dicax, licet dico producat.

Exceptio.

- Cliciades ¶ Cliciades viri pprium. Oui. in ibin. Cliciadeq; modo circūdat<sup>9</sup> ignibus atris. Sed multi libri habent p t Clitiades. Aliqui tamē hic exceperunt. Cyce es. p y gręcū mulieris nomen. Hero ad Leandrū Lucidaq; alcyone Cyceq; & alimone nata. Cicorea videt pducit in xi. Colu. quū vere corripiat. Horat. li. i. car. ode. xxxi. Me cicorę leuesq; malū. versus alemanius dactylicus tetrameter. ¶ Dico is. tertię. nam primę corripit qđ indicant cōposita dedico, indico, pędico. ¶ Ficus, hinc ficulnus & ficedula. Mar. Res mira est ficus nō habet vnus ager. ficedula videbit, in e ante d. ¶ Ficelię locus in vrbe quidā teste Calderino Martialē lib. vi. sic lę gente. Incolis & veteres tu quoq; ficelias. Merula tamē ficedulas legit & in antiquo codice sic se repperisse dicit. ¶ Icarus Dædalifilius. Oui. i. fast. Icarus Icarias nomine fecit aquas. ¶ Icaria insula in mari Icario. Luca. Ipse per icarię scopulos ephesumq; relinquēs. ¶ Icarus mons atticę & pater Penelopes. qui icariotus quoq; dicit, vnde ipsa icariotis idis dicit. Proper. Quęq; ferunt fastus Icarioti tuos. ¶ Icon iconcula, iconius, ieonismus, iconiū, authores sunt Nestor & Sulpitius. ¶ Ico is. pcutio tantū pducit, contra multos

qui contradixerit afferat contra me veteris poetæ testimoniū. Lu-  
 cre. lib. iij. Percussit corpus extra, p̄pellit & icit. In eodem. Nec radi-  
 citus est vita setollit & icit, siqs dixerit licet is Caper fuerit icit hic p̄te-  
 ritum esse, nugas egerit, quia infinitū icere manifesto p̄ducit a Ca-  
 tullo ad Gelliū in vltimo epig. In festū tellis icere, musca caput. mul-  
 tos decepit grāmatistarū p̄uersitas. ¶ Liciū, vnde trilix. icis. te-  
 stiuliciū liciatoriū. Luca. li. x. Vt mos est Pharijs miscēdi licia telis. **Liciū.**  
 ¶ Licianus viri p̄priū. Mar. li. i. epig. videbis altam Liciane bilbilim  
 lamb. tri. arch. ¶ Licheus viri p̄priū in. xiiij. Sil. ¶ Lichen cū **Licianus;**  
 ch aspirato vt p̄cedens, morb⁹ qui a mento mentagra latine dicit. **Licheus.**  
 Mart. lib. xi. Non vlcus acre pustulę velucentes Nec triste mentū **Lichen.**  
 sordidi velichenes, scazontes sunt. ¶ Lychas viri p̄priū variat a **Lichas.**  
 Vergilio. vide camers a ante m. at. p̄ Herculis famulo in saxū v̄so  
 semp corripit. Oui. ix. met. Ecce lycham trepidum cum y græco &  
 ch aspirato. ¶ Mica frustillulū e pane vel alia re decidens, & cœ-  
 nationis paruæ nomē. Mart. li. ij. Mica vocor quid sim cernis cœ- **Mica.**  
 natio parua. Idē li. vj. Nullaq; mica salis nec amarifellis in illis.  
 ¶ Micypsa viri p̄priū apud Faustū de victis Genuensibus. Iam **Micypsa.**  
 tribus exhalans natis Micypsa vocatis. Nescio an veterū authorita-  
 tem sequat. ¶ Micylus cum y græco in secūda p̄priū viri. Ouid. **Micylus.**  
 xv. met. Micylus illius dñs acceptissimus æui. ¶ Nice. i. victoria. **Nice cū**  
 Nicao vinco, hinc Nicolaus quasi populi victor. Nicander, nica- **suis,**  
 nor, nicophanes, nicomachus, nicostratus. nic ostrata, niceros otis.  
 Nicocrates & alia multa hoīm p̄pria, quæ om̄ia primā p̄ducunt,  
 licet v̄sificatores quidā magis q̄ poetę id non obseruauerint, inter  
 quos reperiet Riga. sic Nicopolis oppidi nomen, quasi victorię  
 vrbs, qđ nomen primā p̄ducit in Baptistę catharinaria, cuius est  
 & hic versus. Nicomachi proles stellis erimanthidos vrsę. Philel.  
 Nicolaum quintū in decadibus suis semp nicoleon appellat. quia  
 nicolaus hexametru nequit adire. lu. sat. iij. Et cæromatico fert nici-  
 teria collo. Est autem niciteriū vel per e in secūda teste Mancinello  
 niceteriū victorię premiū. ¶ Pica. Mar. in distichis. Pica loquax **Niceteri-**  
 certa dominū te voce saluto. Me si nō videas esse negabis auem. **um.**  
 ¶ Picus alia auis, & vir in eam auem (vt fabulant) v̄sus. Oui. xiiij. **Pica.**  
 met. Picus in Aufonijs proles saturnia terris Rex fuit. ¶ Picenum **Picus.**  
 oppidum italię, hinc picens tis. & picentinus tam appellatiua q̄ p̄ **Picenum**  
 pria. Sil. lib. vi. Picenū diues. Mart. Picentina Ceres niueo sic necta-  
 re crescit. ¶ Phycus untis cum y græco oppidum & p̄montoriū.  
 Luca. lib. ix. Impulit ac sæuas meritū phycunta rapinas. Sparlit. **Sica.**  
 ¶ Sica breuior gladius quē latrones baculo abscondunt, hic sicarius

Ioannis de Spauterij Niniuitæ Verſificatoriæ.

- vnico cſcribitur a Nebriffenſi & Calepino, nec video qui contra-  
rium præcipiat. dicit̃ quali ſeca a ſecãdo, vt aliqui volunt, videbis  
in u ante b. ſubula, & o ante q alioqui. Hinc ſicula diminutiũ apd̃  
**Siciliqu<sup>9</sup>** Catullum ad ianuam. ¶ Siciliquus meſura cõtinens ſcrupula  
ſex volũt dici, q̃ ſemiũciam ſecet. videto i ante p. Scripulus. Sycos  
id eſt ficus. vnde ſycomorus, ſycophanta. vide in medijs ſycomor-  
**Spica.** ¶ Sicut, ſicuti, ſicubi, ſicunde nota ſunt. Claudi. in. iij.  
**Spicus** ¶ Spica. Verg. in Moreto. Allia cum fractis ſpicis, dicit̃ quoq̃ ſpic<sup>9</sup>  
**um.** & qd̃ plurali caret ſpicum. Cice. in arato. Spicũ illuſtre ferẽs in ſigni  
corpore virgo, hinc ſpiceus. a. um. ſpicilegiũ. ſpico as. & in ſpico &  
**Sichæus.** ſpiculum haſta in ſpica: ſpeciẽ, & aculeus. Verg. iij. Geor. Et ſpicur  
la ceca relinquunt. de apibus loquit̃. ¶ Sichæus, Didus maritus,  
variã, licet correptio ſit lõge frequẽtiõr. Verg. Huic cõiunx Siche-  
**Sicilia.** us erat. Idem. ille Sichæũ & c. ¶ Sicilia græci ſicelia cũ e in ſecunda  
**Sicelis.** etiam dicunt, hinc ſicelis. Sappho ad phaonẽ. Quid mihi cũ Lebo  
**Siculus.** ſicelis eſſe volo. Verg. in buco. Sicelides muſe & c. Hic Sicul<sup>9</sup> a. um.  
qd̃ contra primitiui naturã corripit tantũ. Idem. iij. ænei. Ore are-  
**Sicania.** thufa tuo ſiculis cõfundit̃ vndis. Sicilia inſula eſt q̃ alio nomie Sica-  
**Sicanus.** nia & Thrinacria & triqueria dicit̃, Sed ſicania vt ſicanusa. um. pri-  
mam & ſecundã variat (vt opinor) Verg. ænei. iij. Sicano p̃tenta  
ſinu iacet inſula contra. Plenimyriũ vndofum. Sil. lib. xiiij. Sydera,  
eliſeis aderat gens ſicana votis. Idem in eodẽ. Aſtus miſcebant tyri-  
**Sicha.** os leuitate ſicana. Oui. xij. met. Sicania tribus hæc excurrit in ægra  
**Siconius** linguis. ¶ Sicha viri ppriũ cum ch aspirato. Sil. ix. At Sicha auxi-  
lium magno turbante dolore. ¶ Siconius viri ppriũ. Catul. Si-  
coni arbitrio populi tua cana ſenectus. Spurcata impuris morib<sup>9</sup>  
**Ticinus.** intererat. vtũs eſt. Quidã cc geminant. ¶ Ticinus fluuij nomen.  
Sil. lib. i. dũ Romano tuæ ticine cadauera ripæ. ſic cæteri, ideo apd̃  
eundem lib. vi. lego. Adde & ticini ſpumantes ſanguine ripas, licet  
vulgo (vt opinor) mendofe legat̃, adde etiã. hanc opinionẽ nrãm  
adiuuat vir vndecũq̃ doctiſſimus Baptiſta pius, carpens illud Si-  
donij in. iij. paneg. Vltima iam claros quærũt poſt dãna ticini. Cæ-  
teri (ait) p̃ma intenta p̃ferunt, quã obrem nollem imitari Serenũ  
dicentẽ. Allia p̃cepit ticini ſententia necti. i. ſchola Papienſium, quia  
**Ticinum** Ticinum in neutro genere a fluuiõ nomen oppidi eſt, quam Papi-  
am nunc vocant. Errat ſemper Philel. forte per mendofam Siluũ  
lectionem deceptus, vt in. x. octauẽ. Quoſq̃ pater ticin<sup>9</sup> nitida per-  
lucidus vnda. Serenus inter neotericos reijcitur ab elio Nebriffenſi  
licet inter hos ſit vetuſtiſſimus, & in paucioribus defecerit a ſupio.

ribus, vt habemus ex Petro Crinito. ¶ Trica ę. vel trice, es. vrbs Crete. Sene. in hec. Parua cortynę sterilisq; trice, sapphicus est. Est etiam Apulię oppidum, vt apina quę oppida cū tanto ignominia euertit. Diomedes, vt in puerbia abierint. Nam quoties rem nulli ꝑci nominare volumus, tricas apinasq; vocamus. Mar.. Sunt apinę triceq; & siquid vilius istis. Trice in eadē quantitate, sunt capilli aut res alię quibus gallinę pedes inuoluunt, hinc extrico, intrico verba. ¶ Tricies triceni. Mart. bis tibi triceni &c. sic tricesimus qd trigessimus quoq; dicit. ¶ Vicus inde vicinus a. um. vicinia, vicinitas. Hora. Turba impia vici, vices, vicesimus & vigesimus vicini. Ver. in ętna. Vicenos per sæpe dies iacet obruta moles. Mar. li. i. Non plenū modo vices habebas. phal. est. Addere potes Bichus viri proprium apud Philel. in. x. vñ.

Trica.  
Apina.  
Tricies.  
Triceni.  
Vicus.  
Vicinus.

Ante d producitur, vt idus, Martia, lib. iñ Lux I añ D. i tibi post idus numerat tertia Maias. Neotericoꝝ quidam male corripuit vt idolatra contra Sulpitiū & plures, qd idololatra dicendū est prima pducta, q aliter fecerūt carpanē. Oui. vi. met. Aequa viro fuerat, lydas tamē illa p vrbes. &c. vulgo male habet lydias. idē alibi. Risit amatorē lyda puella suū, sic cæteri, ergo puto emēdandū. Phidias statuarij nomen. Mar. li. ix. Lysippū lego phidię putavi. phal. lib. x. quoq; Phidiacę cuperēt quā meruisse manūs. sic cæteri. ideo nō imitabor Ausoniū, nisi forsan mendū sit, dicentem in epig. Cuius opus Phidię, qui signū palladis eius &c. Pri dem pridie contra Sulpitiū, vide i ante d postridie.

Phidias.  
Cydon.

Exceptio.

¶ Cnidos vel us, phrygię oppidū, hinc Cnidius a. um. Nestor per c scribit qd p g gnidos non scribit, sed pferē, vt Caius. Luca. lib. viñ. Cnidos. Paruę radit saxa Sami, spirat de littore Coa Aura fluens, Cnidon inde fugit claręq; relinquit Sole rhodon magnosq; sinus telmefidos idæ. Compensat medio pelagi pamphilia puppi. ¶ Cydon cum y græco vrbs crete, hinc cydon onis. aliquis illius vrbis, & cydonius. vt cydonia poma, & cydon canis. Stat. vñ. theb. Credas e plebe cydonū Parthorumq; fuga totidem exiluisse sagittas. Mart. in distichis. Si tibi cecropio saturata cydonia melle. Ponētur dicas hæc melimela licet. Sil. ñ. Gefaq; latratorq; cydon tectumq; fociq;. ¶ Cydonias adis. contra primitiui naturā primā pducit & secundā as. corripit. Oui. in. i. de arte. Illum Gnosfiades cydoniadesq; iuuęcæ, ita legit Nebriffensis. ego vero opinor vitio librariorūq; omissum, & veram lectionē esse. Illum gnosiadesq; cydoniadesq; iuuençę. ita habent libri quos ego vidi.

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatoris

- Cydon.** ¶ Cydon viri proprium variat. Sta. ix. theb. Et male dilectum miseræ cydona forori. Idē. v. theb. Quid te flauē cydon &c. de quo Seruius in illud Vergi. x. ænei. Dum sequeris clytiū infœlix noua gaudia cydon, sic ait. Sane cydon proprium naturaliter pducit. cōmune corripit. Stat. etiam in proprio corripuit, vt. Hęc regi pmissa cydon. Quod fecit abutens licentia qua vtimur in noibus proprijs. hęc Seruius. vbi docet proprioꝝ syllabas esse cōmunes, in qua re decipit vt in p̄fatione clare docui. Tu igit̄ dic variari Cydon viri proprium.
- Didyme.** ¶ Didyme es. cum y græco in secunda syllaba insula vna ex cōlijs
- Didym<sup>9</sup>** Oui. vii. met. At non olearos didymeꝝ & Tenos & Andros.
- ¶ Didymi orum. etiā cum y græco in secunda sunt montes fœlicis Arabiæ. ¶ Didymus eadē scriptura viri proprium, interpretat̄ geminus, hinc Apollo dictus, q̄ geminā speciem sui numinis p̄ferat illuminādo formandōꝝ lunam. Mar. lib. ii. Plus habuit didym<sup>9</sup> plus philomelus habet. Sedul. lib. v. Cui didymus cognomē erat. de Thoma loquit̄. Dindymus cū y græco in secūda montis nomē positione pducit, plurale est dindyma orum. Oui. iiii. fast. Dindymon & cybeleus & amœnā frondibus Iden. Est quoq; viri nomē.
- Dindy<sup>9</sup> mus.** Mart. li. v. Velle tuum nolo dindyme nolle volo. ¶ Didymaon cū y græco in secunda viri nomen. Verg. ænei. v. Et clypeū afferri iussit didymaonis artes. Clypeū artes appositio est. ¶ Fides tertie & quinte declinatiōis in diuersis significatiōibus, etiam si propriū fuerit. Hora. Musa dedit fidibus &c. Verg. ænei. vii. Accipe daq; fidē sic fidelis & pfidus, at verbū fido pducit, sic infidus. fidicula corripito vt fides vnde descēdit, funiculi sunt quibus extorqueſt veritas sic fidicen, fidicina & fidius deus qui fidei preest, hinc mediū fidius iurandi aduerbiū, quasi ita mediū (i. deus, vnde dñj plurale māsit in vsu) fidius iuuet, hęc declaratio magis mihi placet q̄ eoꝝ qui dicunt fidius dici a filius, verso lin d vt sit dius fidius Iouis filius, q̄ dios Iuppiter est. Oui. vi. fast. Querebā non nas sancto Fidioꝝ refer rem, hic sanctus etiā est cuiusdā dei nomē. ¶ Fidelia. ē. valis nomē. Persius. Tumet alba fidelia vino. ¶ Fidenā. ē. v. fidenæ arū italiæ oppidū variat. Lu. sat. vi. Viuat fidenis & agello cedo paterno Verg. ænei. vi. Hic tibi nomentū & gabios vrbēꝝ fidenam. Guido propriū viri variat a Fausto. ¶ Hydor cum y græco aqua est, variatur a græcis teste Nestore, hinc hydrops, hydra, hydria.
- Hydor.** ¶ Hydaspes fluius Indiæ. Luca. vi. Qua rapidus ganges & qua ny sœus hydaspes. similiter corripit. x. ænei. vbi est viri proprium.
- hydaspes** ¶ Idem in neutro genere, vnde identidem. Catul. Qui sedens aduersus itentidem te. Sap. est. Idus. i. viri proprium apud Sillū. lib. ij.
- Idem.**
- Idus.**

Idume es. iudeę vrbs. vnde idumeus. a. um. Luca. li. iij. Gazaq; & arbus to palmar; diues idume. ¶ Ideo n̄ oconiũctio facile occurrer. Idumē: ¶ Idoneus vide p̄curo in. ij. li. ¶ Idasmen<sup>9</sup> viri ppriũ. vide melas Ideo. e añ l. ¶ Midas. e. vel mida, rex notissimus ob auriculas asininas. Idasme Sta. ij. syl. Viue Midę gazis. & lydo ditior auro. Claudi. in. iij. de fili nus. conis laud. bus. ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro apud Midas eundē mendose leges Midę & midam p̄ nudę nudam.

Rhidium

¶ Quidē cōiunctio Qui. i. meta. Ille quidē obsequit sed te decor & c. ¶ Rhidiũ. Mar. li. ij. Quum sint cura tibi simulent quę cornua lunę In rhidio poteras Phœbe lauare pedes. rhidiũ (vt inquit Domiti<sup>9</sup>) geometrie dimēsiōis vas, ab angusto fundo in oris latitudinē exiens. Idem ait posse legi imbricio. Merulę neutrũ placet sed legen dam credit rhytium cũ y græco in principio, quod significat vas lunari specie vt ait. ¶ Sidicini populi cāpaniã, apud quos est op pidum theanũ. Sil. li. v. Nec fidicina cohors deficit, viridasius armat

Sidicini: Triduũ.

Mille vires. ¶ Sidonius dicunt variari, ergo nec hoc nec sydon vsq; notari corripit, vide cremenũ. ¶ Tridens, bidens, biduũ p̄ regulam generalē corripunt, vt triduũ. Mart. lib. ij. Si tot<sup>9</sup> triduo tibi legat. phal. est. vulgo habet. Si totus tibi triduo legatur.

Video. Viduus.

¶ Video Verg. ij. ænei. Quę sit rebus fortuna videtis. ¶ Viduus a. um. vidulus & quicqd̄ habet u ante i. teste Sulpitio. I ante f cotripitur vt triformis, de simplicibus exem pla non inuenio.

I ante f

Ante g breuis est, vt migro, contra Alexandrũ

I añ g. Migro.

i M. Manlius. lib. iij. Sed tpe sedes Nascentũ acciperent p̄ prias, signisq; migrarent. Lucre. lib. ij. Inq; locum quãdo remigrat fit blãda voluptas. Phrygi<sup>9</sup> a. um. apd̄ Vergiliũ & alios.

Exceptio.

Digentia Fligo. Frigus.

¶ Digentia e, riuĩ ppriũ. Hora. xix. epist. Me quoties reficit gelidus digentia riuus. Quē mandela bibit rugosus frigore pagus.

¶ Fligo verbũ. vnde affligo, infligo & c. sic fligę arum. Claudi. Fle etit & assuetũ spolĩs affligit egestas. ¶ Frigus frigeo, frigitio, fri gero, refrigero, frigid, friguilla auis. sed rectius (vt Nestor ait) frigul la positione p̄ducit. sic quoq; frigo is. p̄ducit verbũ tertie. Rufus in arato. Simatutino friguilla resultat ab ore. ¶ Gygas lacus Lydię hinc gygeus a. um. Prop. lib. iij. Omphale intantũ formę processit honorē Lydia gygeō tincta puella lacu. Etiã cum est viri ppriũ p̄ ducitur. Verg. ix. ænei. Principio phalarim & succiso poplite Gyge Excipit. Producit quoq; p̄ puer o formoso. Hora. lib. ij. car. ode. v.

Gygas.

Ioannis despauterij Niniuitæ Verificatorij.

Luna mari Cnidiusue gyges. versus est almanicus dactylicus tetra meter. At Gyges nomen immanissimi gigantis corripitur. Oui. iij. fast. Quid grauius victore Gyge captiua tulisset. Et in trist. Cētima nūq; gygen. Sta. ij. theb. Dirceumq; gygen scribit sēp cū y græco ¶ Pyga ꝛ. cum y græco. Hora. sat. ij. lib. i. Ne nummi pereant aut pyga aut deniq; fama, hinc depygis adiectiuū. Ibidem, Depygis, nasuta breui latere ac pedelōgo est. ¶ Pygargus capreæ syluestris species, au (vt vult Plynus) aquilæ genus albicante cauda, nam pyga cum y græco cauda est, argos albus, nec dicit per d. pygardus. Iuue. sat. xi. Summe cum magno lepus atq; aper & pygargus. versus est spondaicus. ¶ Phrygium lignū aridum vt vult Badius.

Pyga.

Pygarg<sup>9</sup>

Phrygiū.

Phrygia.

Sigæum.

Sigærius

Triginta

Viginti.

Hilum.

Miletus.

¶ Phrygia viri ppriū apud Oui. in ibin. ¶ Sigæum troiæ pmon toriū & vrbs, hic sigæus a. um. Luca. lib. ix. Sigæsq; petit formemirator arenas. ¶ Sigerius. vide a antet saturius. ¶ Stigo in vsu non est sed bene instigo, vestigo &c. Verg. in ætna. Pressosq; instigant agmine ventos. ¶ Strigilis variat. Persius. I puer & strigiles Crispini ad balnea defer. lu. sat. ij. Sonat vnctis strigilibus, ple no cōponit lintea gutto. de hoc in declinatiōibus dictum est.

¶ Triginta trigessimus, vide a in vltimis a tris, vt a bis viginti vigessis vt tressis octussis &c. Mart. xij. Amphora vigessis modius datur ære quaterno.

¶ Ante l producitur, vt hilum, nullius precij res & fabæ nigrū. Rufus in arato. Non eget hui<sup>9</sup> enim sedes sacra numis hilum. Nihilum tamē corripit. Miletus loniæ vrbs. Mart. lib. viij. Nec miletus erat vellere digna tuo. Huius conditor Miletus etiā dicit. Oui. ix. met. Sponte fugis Mileta tua, ce leriq; carina. Aegeas metiris aquas & in aside terra Mœnia cōstituis positoris habentia nomē. Iu. sat. vi. Et sybaris colles hinc & rhodos & miletos, spondaicus versus est, sic cæteri. Ideo non imitabor Aratorē sæpiuscule in hanc artem peccantē, vt plegenti totū opus frequēter liquebit, is ait li. ij. Sicanio lateri remis vicina Milet. In eodem Mensibus hibernis tribus in regione Milet. Iithyia tantū pro duci docui in i ante a. ¶ Mile milia substantiua, nam mille adiectiuum positione pducit, vt Sillius poetę nomen, licet frequenter imprimatur & Silius & sylvius.

Exceptio.

Tilia

¶ Corripiuntur habētia f vel t ante i. vt stilus, sileo, tilia. Ouid. viij. met. Quocq; min<sup>9</sup> dubites telicōtermina querc<sup>9</sup>. Collib<sup>9</sup> est phry

- gjs. sic ceteri. nec apud Serenū tilia sed talea legendū est, vt docui in  
 talea ante I. Errauit in hoc Nestor. Hinc tollunt psilotrū vnguentū  
 quoddam. Mar. lib. iij. Psilotro faciēq; leuas & dropace caluam, &  
 li. vi. Psilotro nitet aut acida latet oblita creta. ¶ Syla cum y græ  
 co sylua & mons Lucanię. Verg. ænei. xij. Ac velutingēti syla sum  
 mo ve taburno. ¶ Silenus Bachi nutritius variat. Verg. in buc.  
 Silenū pueri &c. libidē. Cantāte sileno. ¶ Scilicet. Verg. Scilicet is su  
 peris labor est. ¶ Sylo viri ppriū apud Catullum, video vnico  
 l scribi. ¶ Thyle es. cum th aspirato & y græco teste Nestore cō  
 tra Tortelliū, qui cum i. latino sine aspiratione tile scribi p̄cipit. dicit  
 quoq; thule teste Nestore, vt cupressus p̄ cypressus. Mācinellus ne  
 gat p̄ y scribi quia græce habet ov diphthongon, quā in u longum  
 ytimus, ideo solū p̄ u thule dicit. Verg. i. Cęor. Tibi seruiat vltima  
 thyle. Sil. Incola thyles. Thylos sifr scriptū teste Nestore cōtra Tor  
 telliū, alterius insule nomē corripit. Prif. in perihagesi, id te docebit.  
 Bilbris corripit cōpositione vt trilix, trilinguis. ¶ Ciliū follicu  
 lus quo oculus integit, a cilere. i. mouere, hinc supciliū qd̄ pilis obte  
 gitur. In priapeis. Conueniēs Latio pone supciliū. ¶ Cilicia ꝑ. re  
 gia. vnde cilix, ciliffa, cilicium ij. vide cilix in cremenis.  
 ¶ Cylindrus cum y græco in prima syllaba, vide a ante r. area. fit a  
 cylizo id est voluo. est lapis. & in Menęchmis coquus.  
 ¶ Cylydros vel us. cum y græco vtrobicq; serpentis nomen. Luca.  
 lib. ix. Chersydros tractuq; via fumante cylidri.  
 ¶ Filix vide cremenis. ¶ Filimacius & filimacia hominū pro  
 pria. Sido. lib. v. Hoc faueat faciem pulcher philimacius vdā. Idem  
 lib. ij. Locarunt matronam Filimaciam sepulchro. phal. est.  
 ¶ Gilippus proprium viri. Tibul. iij. Non magni potior sit fama  
 Gilippi. sic apud Vergi. ænei. xij. Gilium loci nomen apud Petrar  
 cham in sexto a phricæ. Linq̄uitur ad Læuam Gilium vicinaq; con  
 tra. Stat. iuga.  
 ¶ Hilaris hilare &c. græce hilaros dicitur, hinc hilarius & hilarion  
 propria, & hilarædus lasciui & delicati carminis cantor. Verg. Et  
 multo in primis hilarans conuiuia Baccho.  
 ¶ Hyle es. Bœotia oppidum variatur, quia Nebriffensis dicit pro  
 duci ab Homero. Papi. Qui breue littus hyles. pro sylua & sarma  
 tica gente p̄ducitur. Valerius flaccus. Mouit & hylea supplex cum  
 gente syenen. ¶ Hylas ꝑ. Herculis puer. Verg. Clamassent vt lit  
 tus Hyla &c.  
 ¶ Hylactor cum y græco vt duo precedentia, canis nomen. vide  
 aglaodos a ante o.

Psilotrū.

Syla.

Silenus.

Sylo.

Thyle.

Cilium.

Cilicia.

Cylidr.

Cylidros

Filimaci.

Filimacia

Gilippus

Gilium.

Hilaris.

Hyle.

Hylas.

Hylactor

Ioannis despauterij Niniuitæ Verificatorij

- Ilerda.** Ilerda ę. vrbs hispaniæ, vide lamus a añ m. Ilerter ę. cyrenai-  
**Ietes.** corum dux in secūdo bello punico. Sil. lib. iij. Consilio viridis sed  
**Ilistus.** bello ferus Ilerter. Ilistus fluuius atticę, variat teste Nebriffensi  
& scribit gemino ff. ego tamē in versibus quos citat. vidi helifos,  
apud Papiniū cum e aspirato & vnico s. vide helifos i ante s.
- Ilaris.** Ilaris hilarus & c. sine aspiratione nonnulli scribunt Apuleius ta-  
men aspiranda censet vt dicit Nestor. Ilaira mulieris nomen,  
vide i ante r. Iilęa quarundā vrbiū nomen. vide æ ante a.
- Lilęa.** Iilęus viri ppriū. Sil. xiiij. Quā rapidis puppem manibus frenā  
**Lilęus.** re lilęus Dum tentat seua truncať mēbra bipenni. Lilybęū cū y  
**Lilybæū.** græco in secūda seq̄nte b cū æ diphthongo Siciliae p̄montoriū &  
vrbs, vide pachynus a ante c. Milium frumentū quoddā vo-  
lunt a mille dici, p̄pter acinoꝝ multitudinē. Mart. lib. xij. Frumen-  
tum milium ptisanāq; fabamq; solebas. Vendere pragmatic⁹ nūc  
emis agricola. Milo vel milon athletę & alioꝝ nomen, corri-  
pitur tantū a latinis, licet quidā dicāt a græcis p̄duci. Oui. xv. met.  
Robora fletq; Milon senior quū spectat inanes. Luca. Pōpeiana re-  
um clauserunt signa Milonē. Pila spærula lusoria. Hora. In-  
doctusq; pilæ. at cum y græco pyla p̄ colūna p̄ducitur. Verg. viij.  
ænei. Saxea pyla cadit. Horat. sat. iij. Nulla taberna meos habeat  
neq; pyla libellos. Pylus. i. crinis. Catul. Prætor nec faceret pili  
cohortē, phal. est. At pilum p̄ducit pro telo romano, a perimēdo  
dictū quasi perillum, hinc pilat⁹ pilo armatus. Mart. Et pilata redit  
iamq; subit q; cohors, hinc pilatus cognomē infœlicissimi Pontij,  
licet alia sompniēt indoctissimi barbariei assertores. Sedul. lib. v.  
Mox igit dominū pilati ad mœnia duci. minus doctē corripit ab  
Aratore & nōnullis alijs. Pylos cū y græco, vrbs a Nelo Ne-  
storis p̄re cōdita, vnde Nestor Pylus dicit. Sta. iij. theb. Mittit opea  
danaasq; pylos Neleia turmas, Nondū nota pylos. Oui. li. i. de pō-  
to. Crede mihi Pylis Nestore maior ero, Pileus vnde cūq; fiat p̄-  
ducit. Persius. Hęc mera libertas Hanc nobis pilea donant. A pilus  
fit verbū pilare. Mart. Quem præstas culum quē labiene pilas.
- Pylene.** Pylene es. cū y græco, vrbs Aetolię. teste Lactantio. Papi. iij. theb.  
Belli fama viros sensit scopulosa pylene. Philyte apud Valerij  
**Philyte.** flaccum. lib. v. vide byzer in clementis. Philetus vel pileus vi-  
**Philetus.** ri proprium apud Pap. in. ij. syl. & in. ij. lib. Martiali.
- Pylades.** Pylades cum y græco viri propriū, vide matella a antet.  
Philos. i. amicus, hinc multa sunt, vt Philosophus, philoponus,  
**Philos** phileros otis. philomela, philemon, philomelus. philetas, philadel-  
**cū suis.** phus, philippus, philenis, philetas, phillius, œnophilus, philo onis

philodemus, philagrius, philoctetes &c. quæ omnia phi syllabā corripunt. Mart. lib. ij. Candide κοινὰ φιλων sunt hæc tua candide πᾶντα. Quæ tu magniloquus nocte dieq; sonas, Manilius. lib. i. Arma philippæos implerent agmine cāpos. Verg. iij. Ænei. Parua philoctetæ subnixā petilia muro. Proper. lib. ij. Tarda philoctetæ sa nauit crura machaon. Idem lib. iij. Callimachi manes & Coi sacra philetæ. In vestrū quæso me sinite ire nemus. Sic philisteon pprium viri. Mart. lib. ij. Mimos ridiculi philistionis. sic hæc & cætera a philoctetes. Philetas, los semp corripunt, ideo periti poetæ nunq; in heroicis, elegiacis, sapphicis, phaleucijs cæterisq; generibus tribrachum & pcel cum a Philoso, ticum respuētibus, vsi sunt his dictiōibus philosophus & philoso, phia, sed pro ijs semp dixerunt sophus sophia. quāobrem nolim Philoso, imitari Sidoniū dicentē in epithalamio Polemij. Illicet summi resi, phia, dent septē sapientes. Innumerabiliū primordia philosophorū. hic vnus maior licentia vsus est q̄ cæteri omnes ante eū. Nec sequar vetulum maleferiatū dicentē. Philosophia exilium patit & philope cunia regnat. Sido. quoq; pduxit philoctetes dicens ad foelicē. Phi loctetati dedit pharetrā, vt ūs est. versus aut phal. vbi in philocte ta prima male pducit, vt notat Baptista pius, sed forsitan aliqs mo re Catulliano diceret primū ped esse iābum. Phylirei populi apd Priscianū in perihagesi. ¶ Phylæ arum. aut pyle arū. cū y græco Phylæ, vrbs pluraliter teste Sulpitio in illud Lucani lib. x: Regni claustra Phylace, phylæ cum y græco, vt phylace es. oppidū Thessaliæ, vbi regna uit Protefilas. hinc phylacides dictus, producta prima contra pri mitiui naturā. Oui. in. ij. de arte. Phylacides aberat Laodamia tuus. vxor Protefilai Laodamia. hinc phylacea dicitur vel phylaceria. Idem in Ponto. Vt viuat fama coniunx phyloceia, cuius lliacam celeri vir pede pressit humum. Luca. li. vi. Quæ tetigit phylace the leosq; & dorion ira. ¶ Phylax custos, phylatto custodio, hinc si quidem corripitur, vt docet arctophylax cum y græco. ¶ Phylira cum y græco in prima, arbor quā latini tiliam appellāt. Phylax: hinc phyliræ dicuntur tenuissimæ mēbranulæ inter corticem lignūq; Phylira: tiliæ, quibus in coronis oblectabatur conuiuē. qua de re multa di cit Beroaldus in annotationibus, & Politianus in miscellaneis ca: lxxij. Ouid. v. fast. Ebrius incinctis phylira conuiuia capillis Saltat. Hora. i. car. ode. vlt. Displacent nexæ phylira coronæ. sapphicū est. Phyllira: Pro Chironis matre. ll. duplicat teste Georgio valla. hinc phylliri des chiron, & phyllirius, quod secūdam contra primitiui naturam pducit, aut vnico l phylereius, id rectius credo. Oui. v. fast Phylliri des tenuit saxo stant antro vetusto, lbidem, Excipit hospitio iuue

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij

nem phillirius heros, aut philireius heros. Idem. viij. meta, Non ex-  
empta foret pœnæ fugit alta superq;. Pelion vmbrosum phylire-  
aq; tecta superq;. Othryn &c. sic scyllacæum quoq; (vt asserit Stra-  
bo lib. viij. teste Feretto.) Il geminat, tamen Verg. correptionis gra-  
tia l. vnum abstulit in. iij. æneid. dicens. Caulonifq; arces & naufra-  
gium scylacæum. Scylla quoq; tam mulieris q; hærbe nomen l ge-  
minat, & apud Columellã male vnico l vulgo scylalegi putam?

**I añ m .** **i** Ante m in dissyllabis pducitur, vt cimex icis.  
Mart. li. xi. Nec toga nec focus est, nec tritus cimice lectus.  
In eodem lib. Et teges & cimex & nudi sponda grabati,  
Limus hinc sublimis, illimis, oblimo as. limẽ. hinc elimino as. fry-  
mon, hinc strymonius a. um. Luca. iij. Deseritur strymon &c.

Exceptio.

- Dimas.** ¶ Dimasantis viri proprium. vide ephitus e ante p. Papi. vi. theb.  
Phædymus atq; Dimas.
- Finaus.** ¶ Fimus. Verg. i. Gæor. Ne saturare fimo pingui pudeat sola neve  
Errauit in hoc nomine Petrus riga in exodo dicẽs. Cum fimo vi-  
tuli carnes coriumq; cremantur.
- Hymen.** ¶ Hymen variatur. Catul. Hymen o hymenæe hymen ades o hy-  
menæe. Oui. in epist. Turpia famosus corpora iungit hymen. Hy-  
menæus tantũ corripitur, est nuptiarum deus.
- Mimas.** ¶ Mimasantis. mons in minori asia. Ouid. ij. met. Et tandem niui-  
bus rhodope caritura Mimasq;. Est quoq; gigantis nomen, vide  
ophias i ante a. de quo Hora. quoq; li. iij. car. ode. iij. Sed quid Ty-  
phœus & validus Mimas. versus est alcaicus dactylicus.
- ¶ Nimis aduerbium. Horat. Sed nimis arcta premunt olidæ conui-  
uia capræ. i. meretrices foetidæ aut foetores axillarum.
- Simon.** ¶ Simon & simo, vt Agamemnon & agamemno, vide cremen-  
tum, ideo Baptistam producentem non sequar, multo minus Se-  
dulium dicentem lib. iij. Stagna petit paruaq; sedens in Simonis  
**Simo.** alno. ¶ Simul. Vergi. ænei. iij. Quam simul ac tali præsensit pe-  
ste teneri. ¶ Thymum hærba apibus gratissima cum th aspirat  
**Thymũ.** to & y græco. Vergi. i. æneid. Feruet opus redolentq; thymo fra-  
grantia mella, sic cæteri, ideo errat Nestor qui voluit variari, pro-  
pter indoctum Macrum masculine dicentem. Si desit thymus pro  
thymis ponere tymbram Præcipiunt medici. Errauit Macer in val-  
de multis, vt opus nostrum perlegenti patebit. docti thyma non  
thymos dicunt. Ouid. i. de arte. olentia noctæ Pascua per flores &  
thyma summa volant.

I ante m in polysyllabis corripitur, vt Timātes tis, proprium viri. Vale. lib. iij. Monitu rediere timantis. fuit etiam pictor Parrhasij æmulus vt ait Tortellius, quem nisi vidissem, putassem declinari timasantis. vt dimasantis. & ante excepissem, hymetus cum y græco mons Atticæ in. vñ. ænei. quidam libri corrupte habent hymetia pro simethia, Timætes viri proprium. In. ij. ænei. Chimera quæuis a græcis per ei diphthōgon scribatur in prima syllaba, teste Hermolao barbaro in. v. Plinij. id notauit Nebrissensis ante me, nam & ipse Hermolaum in Pliniū perlegi.

Chimera

Exceptio.

¶ Chimerinos i. hyemalis. Mar. lib. ix. Si daret autumnus mihi nomen oportunos essem Horrida si brumę tempora chimerinos, Dictus ab æstiuo therinos tibi mense vocarer. Tempora cui nomen verna dedere quis est.

Chimeri nos.

¶ Cymodocees. vel cymodocea nympa maris, dicta quæ vndas maris quiescere faciat, vide i ante o Spio.

Cymodoce.  
Cymothoe.

¶ Cymothoe cum y græco, vt precedens nomē a cyma. i. fluctus & thoo curro, etiam est nympa maris. Sil. lib. vñ. Ad quæ cymothoe nymparum maxima natu, si quid eiusdem sit originis producat. Cimmerici populi nomen posito producit teste Nestore, dimidium producit compositione vt nimirum.

¶ Hymera cum y græco fluuius & oppidum. Sil. lib. xiiij. Armaue Hymera resuos qua mergitur hymera ponto.

¶ Limone mulieris proprium. apud Ouid. in Ibiu.

Limone.  
Mimaliō

¶ Mimalion viri proprium. Proper. li. i. Mimalion nullos fugiendo tulle labores Sæuitiam duræ contudit iasidos. Ouid. in. ij. de arte. Flesse sub arboribus mimaliona ferunt. Mimallones gemino illid est bacche corripitur. Persius. Torua mimalloneis &c.

¶ Simius & simia. Iuue. sat. viij. Cuius supplicio nō debuit vna parari Simia nec serpens vnus nec culeis vnus. Mart. in apophoretis. Callidus enixas elidere simius hastas. sic ceteri, nam apud Statiū nunq̄ corripitur cōtra Calderinum, Nestorem, Bebelium, inepte legentes simium pro nimiū. verba Papinij in fine syluarum sunt. Infantem lingua nimiū salibusq̄ proteruum. insulsissimus sensus est si simium legas, vt cum Sulpitio sentio. Simię insule sunt in Carpathico mari, & opinor similiter produci.

Simius.  
Simia.

¶ Similus agricolę nomen. Verg. in Moreto. Similus exigui cultor quum rusticus horti.

Similus.



¶ Mineus viri ppriū, vnde mineius & mineis idis. Oui. iij. met. Fi-  
 nis erat dictis & adhuc mineia ples. Vrget opus. ¶ Mina ξ. i. mna **Mineus**  
 libra, dicunt produci. Minę arum. pro cōminationibus corripī, vt  
 verbum ipsum minor, at mino as. pro ago p̄duci petrus Riga in  
 libro Maccabęorę Ex auro clypeum minarū mille minarū Exptē  
 In hymno diui Francisci tam potest corripī q̄ p̄duci Mina gregē **Mina**  
 duc ad regem. non adducit alia testimonia ad p̄ductionē Nestor,  
 ideo hęc om̄ia iuxta corripī credo, quia Priscian⁹ in libello de pō-  
 deribus semp̄ corripit vt Accipe p̄terea paruo quā nomine Grañ  
 Mnām vocitant nostricq; minam dixere priores. In eodem. Sexa-  
 ginta minas seu vis sex milia drachmas Mini⁹ nñ. ppriū viri apd  
 Beroaldum, & Minæi populi apud Prif. in perihegesi.  
 ¶ Sinum. i. vas. Verg. in buco. Sinum lactis & hęc te liba priape  
 quotannis. Expectare sat est. dicit̄ quoq; sinus ni. Plautus. Ei ne hic **Sinum**  
 sinus cum vino fertur. pro alijs significatis corripit̄. Verg. Sic effa-  
 ta sinus lachrymis impleuit obortis. ¶ Synas adis. cū ygræco & **Synas**  
 vnico n teste Nestore Phrygię oppidum fœminini generis. Papi.  
 lib. i. Syl. Purpura sola cano phrigię quā synados antra. Ipse cruē  
 tauit maculis lucentibus atys. Ibidem pro lapide synadico masculi-  
 ne dixit. Regula lōga synada distinctum variat. ¶ Sina mons qui  
 etiā sinai saltē in gtō græcanico, p̄ducit̄ a Baptista mantuano.  
 ¶ Ginus viri pprium, corripitur in nona septimę Philelphi dicētis **Ginus**  
 Et meus iste Ginus. ¶ Hinulus ceruorū pullus, & ex equo & asi- **Hinulus**  
 na mulus, variat̄ vt ostendit deductum hinuleus. Proper. Atq; hi-  
 nuli pellis totos operibat amātes. Hora. in odis Vitas hinuleo me  
 similis chloe. asclep. est. Geor. valla aspirat nomen. licet sint qui sine  
 aspiratione scribi p̄cipiant. Idē scribit gemino n hinnulus, qd̄ mihi  
 non placet. ¶ Inula hærba. Colu. lib. xi. Capparis & tristes inulæ **Inula**  
 ferulæq; minaces. ¶ Inuus Pan, hinc castrū inui est oppidum qd̄  
 nūc nouū castrę dicit̄, q̄ ibi colebat̄ Pan. vt dicit̄ Serui⁹ in illd̄ Ver.  
 vi. §ne. Hi collatinas imponēt monibus arces. Pometios, castrūq; **Linus**  
 Inui bolam q̄ coramq;. ¶ Linus viri nomē. Oui. Et linon in syl-  
 uis idem pat er edidit altis. Verg. Nec linus huic mater & c. Mart. li. i.  
 Dimidium donare Lino q̄ credere totū Qui mauult, mauult per-  
 dere dimidium. Errat Petrarca ad conuiciatorē dicens. Orpheus **Lino**  
 amphion vel natus Apolline Linus. ¶ Lino & linio is. hinc illi- **Linio**  
 nio, obliuo & c. Hora. Incōptis allinet atrum. Verg. Seruataq; mel-  
 la thesauris relines. Sedulius. Mēbra operis natale lutum per clau-  
 stra genarum. Illiniens hominē veteri de semine supplet. Errat mo-  
 re suo Riga in Tobia dicens. Linij hinc oculos, sit medicina patri,



inglorius humor. Et clavis & rubico & senonum de nomine senę.  
 ¶ Tynichus cum y græco & ch aspirato in tertia, est viri nomen.  
 Marullus. At non sic Tynichusq; senex spartanacq; natum Fleuit  
 eris molli mollior ipse nuru.  
 ¶ Trinoctius, trinodis & similia compositione noscuntur Auso. de  
 numero ternario. Trina tarentino celebrata trinoctia ludo.

Ante p corripitur, vt Scyphus cum s ante c se-  
 quente y græco nō cyphus, nec vsq; p roducitur, vt con-  
 tra Tortellium bene docet Nestor. nec em̄ apud Vergi.

I ante p

in emendatis codicibus est in. vii. æneid. Hoc pater anchises cypho  
 libabat ad aras sed auro libabat, cū Tortellio errat Sulpitius. Mar.  
 lib. vii. Hic scyphus est in quo misceri iussit amicis Largius æaci-  
 des & bibit ipse merum. Deceptus est Tortellius (si Nestori credi-  
 mus) glossa interlineari vbi habetur auro. i. cypho expuncta libra-  
 riorum vitio s littera. ¶ Niphates, q̄q̄ apud græcos ei diphthō

Niphates

go scribatur teste Nebrissensi. Iuue. Quosdam facit iste niphate In  
 populo cypros. Ouid. x. meta. Telluris Cypriæ pars optima &c.

Cyperus

¶ Cyperus qd̄ Sulpitius male dicit produci, pro hoc tamē Nestor  
 inepte cyprus legerat apud Sulpitiū. Homerus in. iij. odisseę. Ende  
 kypeiros est heroici finis. Theocritus in. i. edyllio teste Nestore simi-  
 liter prima breui secundā pduxit, scribit̄ per y græcū in prima syl-  
 laba & ei diphthōgon in secūda syllaba quam vertimus in e lon-  
 gum vel i longum, vt cyperus vel cypirus, arbor est dicta a latinis  
 ligustrum. Est hærba quoq; in hoc errat Macer dicens. Cum trito  
 validum cypiro si iungis acetū. fructum pducit candidum Hiero.  
 in canticis ca. i. Botrus cypiri dilectus meus mihi in vineis engadi.  
 mendose legitur cypri. Cyperus quoq; est viri proprium. Marti.  
 li. viij. a pistore Cypere non recedis. phal. est.

Hypocri-  
ta

¶ Hypocrita corripitur vt omnia ab hypo. id est sub, veluti hypo-  
 caustum, hinc hypocritius a Philelpho semper corripitur pro si-  
 mulatore. nam hypocrisis simulatio, quasi subrectio iudiciū, ab hy-  
 po. cum y græco. id est sub, & crisis. id est iudiciū, ideo teste Nestore  
 errauit Riga in Leuitico dicens. Aurea facta foris simulans hypo-  
 crita fingit. errat Sulpitius & quotquot putant hoc nomen posse  
 produci, quia optime sic hexametrum ingreditur. Pessimus a popu-  
 lo vult sanctus hypocrita dici. Papi. in syluis. Vbi languidus ignis  
 inerrat Aedibus & tenuem voluunt hypocausta vaporem. Hypo-  
 causta sunt vaporaria vbi sudamus in thermis. Syphax vide cre-  
 mentum, ideo errat Petrarca in viij. aphyricæ. Nuncius hostem

Hypo-  
causta

Ioannis despauterij Niniuitæ Verificatorij

Aduentare refert, syphacis filius vltro. aliquando idem corripit, quia putauit propria variari, in quo errat vt docui in prefatione. **Dyspil<sup>9</sup>**: Cippus, Hippocrates & ab hippos cætera positione producantur vt Dysphilus malus amicus. Nam dys cum y græco in compositione malum indicat, hinc Dyscholus. Iuue. sat. iij. Non est Roma<sup>9</sup> no cuiq; locus hic vbi regnat Protogenes aliq; vel dysphilus aut erimantis. Mancinel: tamen Diphilus legit pro Iouis, i. cæsaris amico, nobis prior opinio magis placet.

**Grypus.**

Exceptio.

¶ Grypus est gryps & nasus aduncus & ænygma, Gryphon græci insolubile dicunt, vide clementum.

**Hypates.**

¶ Hypates is. fluuius siciliæ. Sill. xiiij. Hypatem ac facilem superati gurgite parco, Pantagiam cum y græco video scribi vt Hypate oppidi nomen.

**Iphus.**

¶ Iphis viri proprium & puellæ in virum versæ, dicitur ab iphi, i. robur, quicquid igitur fit ex iphi producat. Oui. ix. met. Vota puer soluit quæ foemina vouerat Iphis.

**Iphigæia.**

¶ Iphigenia & iphianassa mulieris proprium, vide i ante a.

**Iphitus.**

¶ Iphitus viri proprium. Verg. ij. ænei. Iphitus & Pelias mecum.

**Iphino<sup>9</sup>.**

¶ Iphinoe es. proprium mulieris. Vale. flaccus lib. ij. Dicta placens portatq; preces ad littora graijs Iphinoe.

**Iphiclus.**

¶ Iphiclus viri nomen. Proper. lib. ij. Cognitus Iphicli surripuisse boues.

**Iphilus.**

¶ Iphilus viri proprium in primo Valerij flacci.

**Iphias.**

¶ Iphias patronymicum. Ouid. v. trist. Ausaq; inaccensos iphias ire rogos propter hæc errauit Petrarca, quia credidit propria esse cõmunia dicens in vi. aphiicæ. Cernit Iphim & nimio consumptâ byblida luctu.

**Niphe.**

¶ Niphe licet nonnulli libri habeant nymphe, nam nymphe cum y græco hic legendum non est, cum sit hic nyphe nymphæ dianæ nomē & interpretatur teste Regio lotrix a potu niphin. i. a lauando, vide rhanis a ante n.

**Pipilo.**

¶ Pipilo as. passerum est cum vocem edunt. Catull. de passere. Ad solam dominam vsq; pipilabat. phal. est.

**Idem.**

¶ Pipio as. Varro in aboriginibus. mugit bos, ouis balat, gallina pipat. Author philomelæ. Accipiter pipat, miluus hiansq; lepit. Pessimus at passer tristitia flendo pipit. Ego columellæ auscultandū puto de gallinacis pullis dicenti in lib. ix. cap. v. Animaduertat an pulli rostellis oua percuiderint, & auscultetur si pipiant, corripitur quoq; pipinna vndecunq; sit a Mart. in lib. xi.

¶ Rhipæi montes scythici, a rhipixo. i. flo. quia ventis perpetuū obnoxij sunt. Verg. Geor. iij. Gens effrena nimis rhipæo tundit euro.  
 ¶ Rhipheus viri nomē. vide ephitus e ante p. ¶ Ripa. Verg. Non bene ripæ credit. At rhipæ arum. p. montibus arcadiæ corripitur, vide Betulum e antet, sic rhyphes cū y græco achiuoꝝ populi, hoc nomen corripit credim⁹. ¶ Scipio ppriū & appellatiuū. Sil. xij. Aspicit & subito turbat Scipio visu. Hora. i. sat. lib. ij. Attamē & iustum poteras & scribere fortē Scipiadam. Plautus in asinaria. Scio esse q̄ me hunc Scipio nē contui. Iambicum trimetrū est. sic cæteri quotquot fuerūt digni fide, multi in hoc errauerunt, inter quo est Petrarcha dicens vt alibi sepe in tertia aphricę. Maxim⁹ in magno Scipio notissim⁹ orbe. aliquādo tamē pduxit, nec miro, nam sibi psuaserat ppriā variari. ¶ Scrypulū quod y in u verso dicit scrypulum. ponderis genus est. Mar. lib. v. Saturnalitię ligulā misisse se libræ Flāmarisue togę scrypula tota decem. Luxuria est. Idem li. x. libras scrypula sextulasq; dicit. phal. est. Oui. aut alius de medicamie faciei. Quinq; parant marathri scrypula, myrrha nouem, sic ceteri quibus fides habenda est. Errat igitur Macer dicens, Quattuor aut scrypulos mihi significare videt. & Priscianus in carmine de ponderibus (si Prisciani sit, quia pluscula sunt in hoc carmie doctis nō imitanda) vbi dicitur. Siciliquus drachmę scrypuli si adiectio fiet. Sæpe idem nomē ponit & semper corripit. masculinū apud veteres non legi. ¶ Siphon is. fistula aut canalis tubus, p. quē vrgēte spiritu aqua vel alius liquor omittit, hinc diminutiū est siphunculus. i. exigua fistula ex ære, plūbo aut marmore, ex qua exilit aq̄ e fonte. lu. sat. vi. Effigiemq; de longis siphonibus implent.  
 ¶ Sipus untis. oppidum a multitudine sepiarū. sepius prius dictum hinc sipōtinus vt Nicolaus perottus Sipontinus. Sil. lib. viij. Quę fuit calaber subducta luce repēte Immēsis tenebris & terrā & littoꝝ ra Sipus. li. v. Quas recipit salpina palus & subdita Sipus Mōtibus  
 ¶ Syphariū cum y græco sunt qui dicant esse mimorū p̄mium, alij velamē esse putant scēnarū, vide grāmaticorū dissensiones in illd luue. sat. viij. Consumptis opibus vocē damasippe locusti Syphario clamofum ageres vt phasma Catulli. ¶ Stypendium cum y græco teste Nestore contra primitiui naturam corripitur, quia a stype dicitur teste Varrone, Catullus, Indomito nec dira ferens stypendia tauro. Sido. Quę captiua dedit quondam stypendia barche. Idem contra oīm authoritatē corripuit lib. viij dicens. Possit foedere sub stypendiali. phal. est. hoc non imitandū est teste Baptista pio. ¶ Stipes. itis. Vergi. Stipitibus duris agitur, sunt q̄ deriuēt

Ripheus  
Ripa.

Scipio.

Siphon

Sipus.

Sypharium.

Stypendium.

Stipes.



¶ Liqueus Venetiæ fluuius, hinc adiectiuū liqueus a. um. vt apud Vergiliū ænei. ix. teste Seruio Quales aeræe liqueus flumina circū Imperitiores teste Seruio legunt liquentia.

Liqueus

¶ Liquor eris. deponens tertiæ. Verg. i. Gæor. Liquitur & zephyro putris se glæba resoluūt, Liquor nomen rectius corripitur, quia solus Lucretius produxit vt lib. i. Pōdus vti saxis, calor ignis, liquor aquarum. Et ibidem. Fiet vti cibus omnis & aridus & liquor ipse. Liqueus a liquor. Verg. aut quum liquentia mella. Liqueo es. hinc liqueo corripit. Persius. Tot tibi quum in flāmas iunicum omēta liqueant. Verg. Camposq; liquentes. At a liquor liqueo producit. Ouid. i. de ponto. Sic mea perpetuis liquefunt pectora curis. Iterum liquo as. corripitur. Luca. lib. vñ. Ereptaq; tela liquauit. ab his liquidus variatur, quia potest esse tam a liquo q̄ liquor, eadem tamen est significatio. Lucre. lib. i. In saxis ac speluncis permanat aquarum liquidus humor &c. Idem in. ij. Illa quidem debēt ex læuibus atq; rotūdis Esse magis fluido quæ corpora liquida constant. Idem in. iij. Crassaq; cōueniunt liquidis & liquida crassis.

Liquor.

Liquens;

Liqueo

Liquo.

Liquidus

Ante r in dissyllabis producit, vt ciris cum i latino interpretatur tonsa, cirin em græce significat tonde re, dicit scylla Nisi filia, ob tonsam patris crimē in auem

I añ R;

Ciris.

alaudam versa. Verg. in ciri. Candida concessos ascendat ciris honores. Oui. viñ. met. In auē mutata vocat Ciris & a tōso est hoc nomen adepta capillo, sic cæteri oēs. Quāobrem nō verebor dicere mēdosum esse locū hunc in ætna Vergiliana. Mētiti vates stygias, vndaq; canētes. Hi tityon septē strauere in iugera fœdū. Sollicitāt magna te circū Tantale pœna. Sollicitātq; cirin, minos tuaq; Aeace in vmbriis. Iura canūt hñdēq; rotant Ixionis orbē. Omnes libri q̄s videri licuit habent p s litterā firim. Calderin⁹ id quid sit minime declarat. Est qui dicat firim. i. puellam, de qua in ciri Vergil loquit. Est quidem hic doctissimus, cui tamen cogente veritate suffragari nequeo, forsan non ille. sed ego fallor, qui primus audio (quantum scio) hunc locum vt mendosum restituere pristinae & syncære lectioni, itaq; puto legendum esse Scinim. sollicitantq; scinim. id est immanem illum gigante m & latronem. de quo incredibilia poetæ fabulantur, vt de Tityo, Tantalo, Ixione cæterisq; gigantibus & crudelissimis latronibus, quorum hic paucis meminuit Vergilius. Itaque ausim iurare legendum esse sollicitantq; scinim, licet id ante me nemo dixerit quod sciam. Fuit autem Scinis gigas & latro immanissimus a Theseo tandem interfectus, hic

Scinis.

Ioannis despauterij Niniuitæ Verificatorij.

isthmum obsidens ( vt in quito refert Diodorus ) duas pinus fle-  
 etebat, ac vtriq; hominis brachia alligabat, deinde sursum emittens  
 corpus discerptum maximo cruciatu afficiebat. Quod ostendit Ouid.  
 vij. met. dicens. Occidit ille Scinis magnis male viribus vsus. Qui  
 poterat curuare trabes & agebat ab alto. Ad terram late sparsuras  
 corpora pinus. Claud. in i. lib. contra Rufinum Quis perdere tanta rela-  
 tu Funera: q̄s cædes posset deslere nefandas? Quid tale imanes  
 vnq; gessisse feruntur. Vel Scinis isthmiaca pinus: vel rupe profunda.  
 Syron vel phalaris tauro: vel carcere syllas: Syron latro etiã fuit a  
 theseo interfectus. hic Syronia saxa, & syronides petræ. Oui. i. epist.  
 Phyllidis. Quum fuerit Syron lectus toruusq; procutus. Et Scinis  
 & tauri mixtaq; forma viri. Proper. lib. iij. Arborealq; cruces Sci-  
 nis & non hospita grauis Saxa & curuatas in sua fata trabes, nemo  
 iam mediocriter eruditus dubitabit ( vt opinor ) non ponendam  
 esse nihili voculam Sirim per s̄ram, nec cirin p̄ c̄lram, refragante cū  
 sensu quãtitate, sed ( vt dixi ) scinim p̄ sc̄lras & i latino sequente n  
 non r, vel forsã nō male ( vt q̄dam libri habent ) siti, sed q̄ dixis-  
 mus magis placent, neq; id mixtū videri debet, quum in opusculis  
 Vergilianis pluscula vulgo repiantur mēdosa, vt sirenes p̄ia bre-  
 ni, quū Horatius vt cæteri dicat. Vitāda est improba Sirenia Desidia  
 sic stymphalides p̄ stymphali, & alia quæ opus hoc p̄legenti occur-  
 rent. ¶ Miror, miraculum, nemo ignorat p̄duci. Mart. Barbara  
 pyramidum taceat miracula Mēphis. id cōsiderasset Nebrissen-  
 sis nuncq; dixisset vocalē ante vocalem p̄duci in dehinc apud Horat.  
 in arte. Cogitat vt dehinc speciosa miracula promat, vbi bis peccat  
 nam vera lectio est. Cogitat vt speciosa dehinc miracula promat.  
 dicit idē in deest vocalē ante vocalē p̄duci in illo Papinij. xi. theb.  
 Deest seruitio plæbes hoc ignis egētes. verū nō dubito hoc quoq;  
 mendose legi, nō est mihi nunc Papinij copia, ideo quo pacto legi  
 dum sit nequeo hariolari. ¶ Scyros cum sc̄lris sequēte ygræo  
 vna ex cycladibus. Papi. i. Achil. Palladi littoreq; celebrabat scyros  
 honore Forte diem. hic scyrius a. um. & scyrias adis. Verg. Armig-  
 er automedon vna omēs Scyria pubes. Sidonius ad felicē. Inde  
 scyriadum datus patenti. phal. est. vbi de syllaba positione p̄ducit  
 nisi forte Catullū affectauerit imitari, quē huic generi in p̄ria regio-  
 ne nonnūq; trocheū dedisse, in positionis regula p̄bauim⁹. idem  
 Sidoni⁹ ( vt in quartū Plinij notauit Hermolaus ) peccauit in hoc  
 noīe dicens in burgo. Vel scyrius vacuasse colus vel serica fila Per-  
 cannas torsisse leues. ¶ Nireus viri pp̄riū. Nebrissen-  
 dit trissyllabū esse prima correpta, quia dissyllabū est vt Orpheus,

Miror.

Scyros.

Nireus.

& si per dieresin trisyllabum fiat, prima pducitur. Horat. in epodo ad Negram. Nec te Pythagorę fallant arcana renati. Formaq; vincas nirea secundus versus est iambicus dimeter, vbi actus nirea primam producit.

Exceptio.

¶ Lyra cum y græco. Oui. xi. met. Flebile nescio quid querit lyra. flebile lingua. Murmurat exanimis, respōdent flebile ripę. instrumentum musicū est a lyrin. i. canere, hinc forte Lyris impudicę mulierculę nomen. Mart. lib. ij. Quod faciat vult scire Lyris quod sobria fellat, nam Liris fluuij nomen cum i nostro, etiā in prima pducit. Idem lib. x. Desyderant nec marica nec liris. Scazon est, sic pducit tantum lira p i nostrū & sulcum significat, hinc deliro as. i. insanio & erro, nam delirat qui nō recto sulco semen tegēdo incedit, hinc delirus a. um. pro infano & a recto recedente, hinc pdelirus. i. valde delirus. Lire est liras facere. Sunt qui deliro e græco lirin. i. ineptire deriuent, hinc liras ineptias & nugas dicimus. Plautus, Nam tuę blanditię mihi sunt (quod dici solet) gerę germanę & depollirę. Vt est nusq; corripunt deliro, delirus, pdelirus neq; p y græcum vnq; scribenda sunt, a lyra musico instrumēto quicq; Nestor & multi alij dicant. Nam ineptissime legunt pdelirus penultima breui, p dissono & absono apud Lucre. lib. i. Quod facit hic idem pde lyrus esse videt. Nam nō in masculino genere legēdum est pde lyrus, sed in neutro pdelirum. id qd sensus facile indicat, sic em Dice re rem nullā in numero cōstare nec ignem Qd facit hic idem pde lirum esse videt. Sensus hic est dicere rem nullā in numero cōstare nec ignē quod facit. i. dicit hic idem Heraclitus, id videt pdelirum. i. valde falsum & fatuū. si pdelirus legas ineptissimus erit sensus, nam quorsum referes dicere & c. sed quid verbis opus est: quū ipse Lucretius paulopost id manifestet dicēs, Qd mihi quū vanū tum delirū esse videtur. Horat. ad Lolliū. Quicquid delirant reges plectunt Achiui. Idē sat. iij. li. ij. Auersus mercaturis delirus & amēs sic cæteri. ¶ Myrō vel myro onis. statuarj nomē. Sta. i. syl. Quicquid & argento primū vel in ære Myronis Lusit. Auso. in epig. Bucula sum cœlo genitoris facta Myronis. scribit cum y græco vt myron. i. vnguentū, quod similiter corripit. Hinc myropola vnguentarius. myron myri, quia p vnguento est neutrū secundę declinationis. ¶ Pyra cum y græco lignorū congeries. Verg. Innumeras struxere pyras. sic pyrus pyrum arbor & fructus, omia hæc a pyr. i. ignis ducunt. Verg. Insepe nunc Melibœe pyros pone ordine vites. ¶ Quiris singulare in raro vsu est, Persius, Heu steriles

Lyra:  
Lyris:

Deliro:  
Perdelir⁹

Myron:

Pyra:  
Pyrus:

Quiris:

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij

- Syrus.** veri quibus vna quiritem Vertigo facit. ¶ Syrus cum y græco vt syria, rectius corripitur. Iuue. sat. vi. Quæ lōgorum vehitur ceruice syrorum. Horatius. sat. vi. Tu ne syri, dame aut Dionysifilius audes Deijcere e saxo ciues aut tradere Cadmo. notū est hic primā corripī, quia ne interrogandi dictio corripit. Ideo quidā male putarunt syridamas vnicā esse dictionē primā pducta, quū potius dicere potuissent prima correpta, secundā & tertiam pducī. Catullus. Hoc misso in syriā requierant omib⁹ aures. sic cæteri, solus autē Iuuenalis in tertia sat. pduxit syrus dicens. Iam pridē in tyberim syrus defluxit Orontes. at syria semp corripiat, nec sequamur Petrarham dicentē. Syria mollis Porrigat ipsa manū. ¶ Styra tantū corripit, vide clementū.
- Styrax.** ¶ Styra Medæ sponsus, teste Bebelio.
- Tyros.** ¶ Tyros vel tyrus insula & vrbs. Tibul. li. i. Prima ratē ventis credere docta tyros. Oui. iij. met. A tyro hac pfugos posuistis sede penates, ablatius corripit ppter vocalē sequentē, vt sub ilio alto, tyros etiā caseus interpretat, vnde butyr, de quo in medijs agemus.
- Tyra.** ¶ Tyra ꝑ. cum y græco vt ꝑcedens, loci nomen. Vale. flac. li. vi. Linquitur abruptis pelago tyra, linquit & mons Embolus. ¶ Tyres cum y græco gō tyre. Verg. ænei. x. Te fugiens fratremq; tyren curruq; volutus. Sil. vi. Exanimū nasamona tyren super ipse iacebat, viri nomen est.
- Tyras.** ¶ Tyras ꝑ. cum y græco fluuij nomen, vide halis. a ante l. Tyro quoq; per y græcum scribitur sed producitur tantum, contra ineptulum quendā, vt Tyro. us. nymphæ nomen. vide a ante e Pasiphæ & Tyrocinium. o ante c.
- I anter Pyreneꝑ.** I anter in polisyllabis corripit, vt Pyreneus viri ppiū per eu diphthongon nō per æ contra Tortelliū. Oui. v. met. Clausit sua tecta Pyreneus. Notent e lōgis deriuata, vt virosus a virus nam a vir corripit. Tyrinthius a tyrys. viresco a vires, qd̄ verbū significat vires acquirere & fortiorē fieri. Furius antias apud Gel. li. xvij. ca. xi. Increscunt animi virescit vulnere virtus, hoc a viro corripit. Sta. lib. i. syl. Exiit atq; alios melius reuiescit in annos. spiritus a spiro &c.

Exceptio.

- Chironomon.** ¶ Chironomon ontis. vt Leon ontis. vel chironomas antis. vt adamas antis. teste Mancinel. in hunc versum sat. v. lu. Saltantē spectas & chironomōta volanti Cultello donec peragat dictata magistri. Dicitur quoq; cheronomos cheronomi. Est autem is qui ad mensam edenda incidit, certa lege manus, nam chier manus est, &c.

nomos lex, ars hæc chironomia dicitur. chiromantia est ex manu inspectione diuinitas, cheir græce per ei diphthongon scribitur, ideo in compositis, pducitur. Mart. Chirurgus fuerat nunc est Vesillo Dialulus. sic chirocrates, chirographus vel um. Iuue. sat. xiiij. vana superuacui dicunt chirographa ligni. vnũ est chiragra a latini correptũ. Persius. Lapidosa chiragra. Mart. lib. i. Sed nil patro no porrigit hæc chiragra est. Philelphus secutus deriuationẽ græcam ausus est hoc nomen pducere, vt in iij. ix. dicens. Num te chiragra fatigat. ¶ Cyrios cum y græco in prima. i. pprius, authenticus & dñs, hinc cyriacus & cyrin<sup>9</sup> viroꝝ ppria. & acyros impro prius, vnde acyrologia. Cyrinus viri ppriũ. Mart. lib. viij. Sic tua cyrini promas epigrãmata vulgo vocatiuus est. ¶ Cyrene es. & cyrenæ arum. cum y græco, vrbs Libyes, hinc cyrenia dicta est to ta Libya. Est alterius quoq; oppidi nomen. hinc cyrenæus & cyre naicus. Luca. lib. ix. Aphrica cyrenis etiam tunc bruma rigebat. Sil. lib. iij. Nec nõ cyrene pelopei stirpe nepotis, interdum corripit. Ca tul. Laferpiciferis iacet cyrenis. phal. est. ideo non male dixit Petrar cha in. iij. aphricæ. Plura cyrenço cecidissent milia campo. ¶ Cyrene Aristei mater pducitur tantum, vt ex Gæor. iij. disces. ¶ Ironia id est simulatio vel illusio, tam in prima q̃ in tertia, græ ce per ei diphthogon scribitur. ¶ Liriope nympa. Oui. iij. met. Cerula Liriope quã quondã flumine curuo Implicuit & c. fuit Nar cissi mater. ¶ Myriones viri nomen. Horat. lib. i. car. ode. vi. Ni grum Myrionem aut ope palladis. Asclep. est. habet y græcum in prima syllaba, aliqui tamẽ Merionen legũt, vide quæ in hunc ver sum affert Badius. Miritenes vide e ante n. ¶ Pirata. Luca. lib. ij. Omne frætum metuens pelagi pirata reliquit. ¶ Pirithous viri proprium. vide matella a ante t. ¶ Pirenes. cum i nostro mōs & fons musis sacer. apd' Corinthum. Persius in prefatione, Helico niada scq; pallidãq; pirenem. scazon est. Stat. i. syl. Nec conscia detur Pirene, largos potius mihi gurges inhausus. ¶ Pyrene cum y græco, mons Hispaniæ a Pyrene puella, quam Hercules compresserat, quæ illic a feris lacerata dicitur & sepulta, aliij deriuat a pyr. id est ignis propter crebra fulmina. Variatur hoc nomen sed productio est longe frequentior. Sill. lib. xiiij. Pyrene misit populos qui nomen amore & c. Luca. lib. i. Nubiferos colles atq; aeream pyrenem. versus est spondaicus. vt apud Iuena. sat. x. Additur imperijs hispania, Pyrenenq; transilit. Tortellius male legit pyreneumq; quia ( vt recte dixit Nestor ) pyrenæus penul timam diphthongo producit, vt pyrenæi montes. Tibul. lib. i.

Chirurgus.  
Chirographum.  
Chiragra.  
Cyrios.  
Cyriacus  
Cyrinius  
Cyrene.

Cyrene.  
Ironia.  
Liriope.  
Myriones  
Pirata.  
Piritho<sup>9</sup>.  
Pirene.

Pyrene.

Ioannis despaüterij Niniuitæ Versificatorij.

Non sine me est tibi partus honos tua bella pyrene. Testis & oceanus littora santonici. Sido. in. iij. paneg. Tyrreni Rhenique liquor vlt longa pyrene. sic Petrarcha. iij. aphricę. Tum filius vltor Et patris & patruī nomen dedit isq; pyrenen Transgressus &c.

- Piroma.** ¶ Piroma & pirula pducunt teste Sulpitio. ¶ Pyramus cū y græco co viri & fluuij nomen. Oui. iij. meta. Pyrame respōde, Pro fluuiō in oraculo. Tūc erit vndisonus late quī pyramus olim Littora p fundens cyprū labetur in almā. Prisc. tamē corripuit. Vide pynari<sup>9</sup> I ante N. ¶ Pyramis cum y græco, a similitudine flammę nomē accepit. Latini metam dicūt. Mart. Barbara pyramidū taceat miracula mēphis. ¶ Pyraeus Atheniensiu portus. & p montoriū cum y græco. Oui. vi. met. Portus cecropios intrat pyraęq; littora tāgit. ¶ Pyralis pducit teste Nebrissenſi cū y græco. est em bestiola pen nata muscę magnitudine ex igne pueniens. ¶ Pyrites. pducunt huius noīs omnes syllabę ap d Priscianū in perihgesi, & est lapillus, cui plurimus ignis est, sed multa a pyr corripunt vtpyro is, pyropus, pyracmon, pyretum &c. ¶ Phthirialis morbus pedicularis a phthiron. i. a pediculis cum ph & th aspiratis in eadē syllaba. hinc phthirophagi homines solis piscibus victitātes, a tenuitate victus quasi pediculis vescantur, scribit græce p ei diphthōgon. ¶ Pyreicus pictor in. iij. Propertij. Pyreicus parua vendicat arte locum. cum y græco sic legit Beroaldus. ¶ Sirius stella in ore canis celestis. Sil. lib. i. Nec puluere fessum Agminis ardenti labefecit Sirius astro. ¶ Stiria stiricidū. Mart. lib. vñ. Turpis ab inuiso pēdebat stiria naso. Clau. astringit stiria setas. ¶ Tiresias cum i latino in prima, quia græce scribi p ei diphthongon teste Calepino, fuit augur thebanus. Proper. lib. iij. Magnā tiresias aspexit pallida vates. dicit etiā tiresia in ntō. ¶ Tyridates Armenię rex. Hora. lib. i. car. ode. xxvi. Quis tyridatē terreat vnice? y sus est alcaic<sup>9</sup> dactilic<sup>9</sup>

**Tyridates.** Ante s pducitur, vt Chrysos cum ch aspirato & y græco, hinc Chrysoſtom<sup>9</sup> & chryseus a. um. id est aureus. Mar. li. x. Chalcea donanti chrysea qd dederas, chalcea i. ærea. chalcon. i. æs. Pisæ arū. hinc pisæus. a. um. Oui. li. v. met. Est mediū cyanes & pisę arethuse. Errauit hic Petrarcha ecloga. x.

Exceptio,

- Bison.** ¶ Bison ontis, animal iubarę plixitate deforme, nascit in germania. Mar. Illi cessit atrox bubal<sup>9</sup> atq; bison. Idē. Turpes esseda q trahūt bisones. phal. est. ¶ Crisis cum i nostro sine aspiratione. i. iudiciū hinc hypocrisis, catacrisis. i. diiudicatio, at cathaeresis cum ch aspira

to in tertia syllaba dicitur abusus. hoc Nestor. ¶ Cesium vehicul-  
 lum. Cisiarius qui cesium regit. Auso. in epist. i. vel cesio triugi si pla-  
 cet in silias. Idem ad amicū quendam Sed cesium aut pigrum caut<sup>9</sup>  
 conscende veredum. ¶ Hysopns vel um. hærba cū y græco &  
 vnico s apud Latinos quia corripit licet apud græcos s geminet  
 hysopus scribitur q; per o magnū & est hysopus feminini generis  
 nec mis; est ( inquit Nestor ex quo hoc sumpsimus) vnū a latinis  
 abijci in hysopus quia simile in multis factū videmus, vt grabatus  
 syracusæ gothia lacus, & nōnulla alia apud nos corripunt primā  
 quā apud illos positu extendūt, recte igit dixit Alanus lib. iij. Se cē  
 lum terrē cōformat cedr<sup>9</sup> hysopo. male aut Macer. Est hysopū sic-  
 cum, calidum quoq; tertius illi Est in vtroq; gradus, In eodē luto  
 hēsitat Riga in libro regū dicēs. Aut hysop<sup>9</sup> signat hūiles, cedrusq;  
 superbos. ¶ Isara ꝑ. fluius galliæ in rhodanū fluens Luca. li. i. Hi  
 vada liquerunt isarē qui gurgite ductus. ¶ Isaurus fluius vide  
 metaurus e ante t. ¶ Isaurū oppidum qd' pluraliter isaura. orum  
 Amian<sup>9</sup> dixit. Hinc isauric<sup>9</sup> dictus est Seruilius qui isaur; vicit, isau-  
 ri & isaurē populi sunt. Oui. Aphrica victorē de se vocat alter isau-  
 rum. Sido in. i. paneg. Adieci serie quos nunc moderaris isauros.  
 ¶ Isalces viri ppriū. Sil. lib. v. Optabat pugnā ante oculos spe lau-  
 dis isalces. ¶ Isocrates viri nomen. Rufinus Laudamus isocratis  
 artem. ¶ Iserus teste Bebelio. ¶ Isidius contra primitiui naturā  
 ab isis. vide so. in i ante o. ¶ Lysias viri nomē corripuit Arator in  
 secūdo libro. ¶ Miser Persius. O miser inq; dies &c. hinc miseri  
 cors misericordia miseror misereor miseret &c. ¶ Nisantes viri  
 nomen. Valerius flaccus li. i. O si mihi sanguis Quātus erat quū si-  
 gnifero cratere nisantē. Nō leuiore tholum manus hæc cōpescuit  
 auro. ¶ Nisi cōiunctio passim legit nisius si nomē sine dubio p-  
 ducitur. ¶ Phthisis cum phth aspiratis in eadē syllaba est pulmo  
 nis exulceratio a phthinin. i. tabescere, phthisici sunt qui eo morbo  
 laborant. lu. sat. xij. Et phthisis & vomice putres & dimidiū crus. Se-  
 renus. Si vero phthisis annoso sedet improba morbo, inepte scri-  
 bit Vgatio tisis teste Nestore sine p & aspiratiōe. ¶ Phthisis cum  
 phth aspiratis sequente y græco ante s est spuitio, a phthizo. i. spuo  
 verbū est doricum nam cōis lingua ptysis sine aspiratione dicit cū  
 y græco in prima p spuitione a ptyo. i. spuo. ¶ Physis cū y græ-  
 co in prima. i. natura, vnde physic<sup>9</sup> physiologus &c. Ausonius de  
 numero ternario In physicis tria prima, deus, mūdus. data forma,  
 quare bene dixit alexāder nequā Corripit natura physin cursuq;  
 rotatoq;. Sidonius in græcis negligentior male pduxit vt videre

Cesium;

Hysopus

Isara.

Isaurus.

Isaurum.

Isauri.

Isalces.

Isocrates.

Iserus.

Isidius.

Lysias.

Miser,

Nisantes.

Nisi.

Phthisis.

Physis.

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatoriae.

- Pisidæ.** potes in ethos e ante t. ¶ Pisidæ populi Claudii. in. ij. libro cōtra Eutropium. Vtrique propinqui Finibus obliquis lydi pisidæq; fero ces. Priscianus a superiorē vsu sæpe deficiens primā & secundā pdu xit dicens in perihgesi. Post hos pisidum pinguissima rura colunt id est pisidarum. ¶ Pisaurus fluuius piceni a quo pisauri oppidū nomē habet. Catul. ad iuueniū. Præterq; iste tuus moribunda ase de pisauri Hospes. ¶ Pisana vnico s licet græci geminēt teste Ca lepino confectio quædā ex succo vs farina hordei. vide miliū. i añ l. hinc ptisanariū vas in quo coquit vel tūditur ptisana. Horat. sat. iij. lib. ij. agedum sume hoc ptisanariū Orize. ¶ Sifer eris. hæba Hora. sat. xvij. Peruellit stomachū sifer, halec. fercula coa. Colu. lib. xi. iam sifer. assyriocq; venit quæ semine radix. ¶ Sisymbriū cum y græco in secūda syllaba. Oui. iij. fast. Cūq; sua domine, da ta grata sisymbria myrto. Textaq; composita iunca vincla rota. ¶ Visellius viri ppriū. Hora. sat. i. Est inter tanain quiddā socerūq; viselli p visellij. ¶ Visurgis fluuij nomen apud Apollinarē in laudibus narbonis. Adde prædictis Frisius populi germanici no men apud Baptistā mantuanū in exhortatione contra infideles, & apud Hermolaum in epitaphio Agricole.

**I ante t Scythia.** Ante t corripit, vt Scythia, scythia cōtra Sul pitium nisi mentiat Nestor. Verg. in buc. Pars scythiā &c. Luca. lib. x. Nō scythia nō fixo qui ludit in hospite maurus. sic cæteri. verū nescio quō nemo neoterico & vetustatē in uio latam custodire potuerit, de doctissimis loquor, nam plæbem poetastro rū carpere nulla est gloria. Petrus itaq; crinitus homo facile doctissimus, vt homo interim lapsus est veluti lib. ij. car. dicens. Et calent scythę gen<sup>9</sup> efferatū ad Cypridis ignes. Sap. est cum adonio Idem contra veterē vsu corripuit dacus & clio. in qbus & pax illulis alijs per negligentia contra veterē authoritatē aut correptis aut pductis imitandus nō est, q; q; doctissime reliqua scripserit.

Exceptio.

- Mitylene** ¶ Producunt hæbitia m vel r vel v añ i vt mitis, ritus, vita. sic ex ceptionem ponit alexāder, ego illius exceptiones raro mutauit sed excipienda diligēter notauit q; q; forsā nō pauciora sunt exceptis.
- Mitilo.** ¶ Tollunt igitur ab hac exceptione permulta vt Mitylene es. cum y græco in secunda vrbis & insulæ nomen. Mart. li. x. Quum tibi non ephesos nec sit rhodos aut mitylene Sed domus in vico lelia patricio. ¶ Mitilo as. cicada; est cantantiū in carmine de philo mela. Vere calente nouos componit acredula cantus. Matutinali



Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij.

- Vitellius.** ¶ Vitellius viri nomen. Auso. de cæsaribus. Nec regno dignus nec  
**Vitelliã.** morte vitellius vt vir. ¶ Vitelliani lr̄e viroꝝ ad amicas. Mar. in  
 apo. Nõdum legerit hos licet puella Nouit quid cupiant vitelliani  
 phal. sunt. ¶ Vitulus vitula. Verg. Quum faciam vitula &c.  
**Bitus.** ¶ Vitrum. vide i ante n. Cinnamum. ¶ Bitus viri nomen. vide  
**Bitonia.** i ante t bacchius. ¶ Bitonia teste Sulpitio. ¶ Bithynia. bithyn<sup>o</sup>.  
**Bithynia** hithynicus cū th aspirato & y græco in secūda syllaba bithynia ea  
 dem est quæ bebricia. mygdonia. pontus prima rectius pducitur.  
 quã luuenalis corripuit. etiã Petrarcha in. ñ. aphricæ secundã male  
 corripuit. Manilius li. iij. Cappadocū armenicq; iugis Bithynia di  
 ues. Claud. lib. ij. in eutrop. Thyni thraces erant quæ nũc bithynia  
 fertur. Vale. flac. lib. iij. Aut cererem lætũq; pecus nec palmite Bac  
 chum Bithyno phrygione satum. Iu. sat. x. Donec bithyno libeat  
 iugulare tyrãno. Idem sat. vij. Qz q; & cappadoces faciant egtesq;  
 bithyni. Mart. iam te rem factam bithynice credis habere. bithyn<sup>o</sup>  
**Clitella.** itaq; primã variat. ¶ Clitella. Hora. sat. v. Hinc muli capuẽ clitel  
 las tẽpore ponunt. Clitiades viri pprium. vide cliciades i ante c.  
**Clitorius** ¶ Clitorius arcadie fons. bibenti vini odiũ ingerens. Oui. xv. met.  
 Clitorio quicũq; sitim de fonte leuauit Vina fugit gaudetq; meris  
 abstemius vndis. ¶ Cliton onis. arcadiæ fluuius teste Lactantio.  
**Cliton.** Papi. iij. theb. Et rapidus Cliton & qui tibi pythieladon.  
 ¶ Clitis fluuij nomen. vide e ante q Sequana. ¶ Clitumnus. Vm  
**Clitis.** briae fluuius. vide i ante n. Tinias. si etymologiæ pscrutator es. vi  
**Clitūnus** dicto Tortelliũ & Nestorem. ¶ Dito as. & ditescere nota sunt. ga  
**Dito.** fiunt a dis ditis. Hora. Qua rõne queas ditescere. ¶ Dithyramb<sup>o</sup>  
**Dithyrã** viri nomen. vnde hymnos quosdã in Bacchi honorẽ cantatos di  
**bus.** thyrambos dixere. Verũtamen ipse Bacchus dithyrãbus dicit. ga  
 dia diothyron. i. p duas portas transierit. nempe p vterq; Semeles  
 & femur louis. scribit in prima syllaba cū i nostro. in secūda vero  
 cum th aspirato & y græco. Hora. lib. ij. car. ode. ij. Seu per audaces  
 noua dithyrãbos. Verba deuoluit. numerisq; fertur Lege solutis.  
 sapphici sunt cū adonico. ¶ Italia variat. quia oĩm grãmaticoꝝ  
**Italia:** cõmuni astipulatu corripit. & p ectasin a poetis pducit. quia aliter  
 stare non potuit. quia vero oēs poete pducunt. nemo vereat pdu  
**Italus.** cere. Sic italus variat. Sic Italis. idis. Lucret. lib. i. Italiæ terrar; oras a  
 finibus eius. Verg. Italiã fato &c. Oui. xv. Grata quis italicis author  
 posuisset in oris. Verg. in. xij. ænei. Italides quas ipsa dec<sup>o</sup> sibi dia ca  
 milla. Sil. lib. vi. Nec tamẽ aduersis fuerat fracta itala virtus. Mart.  
 Mutauere meas itala regna comas. Vergi. ix. ænei. Cõiecto sternit  
Soritæ

Si pregnans artus captiui soricis edit. ¶ Soros. i. cumulus græce  
scribitur p̄ ω mega, hinc soritæ sunt argumentatiōes cōnexę, q̄s vul-  
gus de primo ad vltimū vocat. Capella li. ij. Soritas cumuli acces-  
sibus aggerans. Asclepiadeū est. Idem. Pellax soritas cuncq; sensim  
cōgeris, iambicus trimeter habens more Comico in. ij. loco spon-  
dæum, vt apud Apuleiū in prima orōne apologię. Nitelas oris ex

Thorax.

arabico frugibus, mallem extra comœdiā iambum. ¶ Thorax  
cū th aspirato. Ver. in. vi. ænei. Bissex thoraca petitū Perfossūmq;

Torani<sup>9</sup>

locis. ¶ Toranius viri pprium. Martia. lib. v. Torani potes esu-

Vorapt<sup>9</sup>

rire mecū, phal. est. ¶ Voraptus viri nomē. Vale. flac. lib. vi. San-  
cte mihi vorapte pater tua pectora nato Suggere.

Ante s̄ pducitur, vt Ptoſis, i. casus, hinc anti-

O añ s.

Prosa.

ptosis, patebit in medijs. Prosa, Sulpitius dicit variari,  
cui nō credo, quia puto a nemine fide digno corripī. Au-  
son. de numero ternario. Prosa Asię in causis nūeros mutata cho-  
rorum. Cum Ausonio dixit bene Gamfredus in arte poetica. Le-  
gibus arctat metrū sed prosa vagat. Moses in sat. xiiij. Iuue.

Exceptio.

Cosæ.

Cosira.

Dosis

Mosæ:

Mosa

Osiris.

Popanū.

Osius.

Osinius.

¶ Cosæ arum. vrbs Thusciæ. Verg. x. ænei. Quicq; vrbē liquere Co-  
sas, quis tela sagittæ. Salu. teste Seruio singulariter dixit cosa.

¶ Cosira vrbs Aphricę, & insula variat. Sil. xiiij. Et bellare tabas  
docilis cosiraq; parua. Ouid. fast. ij. Fertilis est melite sterili vicina  
Cosiræ. ¶ Dosis. i. datio excipit a Nebrissensi, quia scribitur græce

per o micron, vt ait. ¶ Mosæ æ. viri pprium. Sil. xv. Decidit en-  
se Mosæ, Mosa sæ. fluuij nomē, vide sequana e ante q. Mosella etiā  
fluuij nomen. Auso. Largus tranquillo plabitur amne Mosella.

¶ Mosini populi quidā Asię. Tibul. li. iij. Quaq; hebrus Tanaisq;  
Getas rigat atq; Mosinos, nec latet me a quibusdā legi magiuos.

At Prif. in perihe. ait, Mossyniq; domos prebent, quis lignea tecta;  
Potior est Tibullus. ¶ Osiris is. vel idis. Iouis filius ex Niobe. Iu-  
sat. xi. Scilicet & tenui popano correptus Osiris, hic Tortellius ma-

le legit, pepono teste Nestore, nam popanū genus placēte est tenu-  
is, vt apud græcos testis est Suidas. ¶ Osius viri ppriū. Claud. in  
ij. lib. cōtra Eutropiū, Hinc osius stetit, inde leo fiducia creuit. Osini

us viri ppriū. Ver. x. ænei. Qua rex Clusinis aduectus Osini<sup>9</sup> oris;  
¶ Posui præteritū, Oui. Hęc sup imposuit. ¶ Posides, vide i añ d

Pros corripit & significat ad, hinc psodia, pseucha cū ch aspirato.  
 Oratio q̄ fit ad deū, & locus vbi mendici rogāt, vt in plerisq; locis  
 templi vestibulū. Proseucho significat intendo, attendo, adhibeo.  
 Iu. sat. iij. Ede vbi cōsistas in qua te quero pseucha. ¶ Prosymna cū  
 y græco vrbs Argiuoꝝ. Stat. theb. iij. Hinc armat Larissa viros,  
 hinc celsa psymna, in hac multū colebat luno. Idē. theb. i. Lunonia  
 templa psymne. ¶ Prosopon, psopopeia, video ante p in me-  
 dijs. ¶ Proserpina Plutonis vxor variat, licet pductio sit acce-  
 ptabilior. Verg. i. Geor. Nec repetita sequi curet, pserpina matrē, sic  
 ceteri p̄ter Horatiū semel tantū lib. ij. car. ode. xij. Q̄ p̄cne furuꝝ  
 regna pserpine. Et iudicantē vidimus Aecū, vsus sunt alcaici da-  
 ctilyci. Et p̄ter Senecā semel tantū in Hercule furente. Vidisti sicu-  
 la regna pserpine. Asclepiadeū est. ¶ Rosa. Oui. vrticæ pxima  
 sepe rosa est, hinc Roseus qd̄ a ros, pducit, vi rosidus. Ver. vij. enei.  
 Qui rosea rura velini. ¶ Sosius bybliopolę nomen, fuerunt autē  
 sosij plures. Hora. in vlti. epist. lib. i. Scilicet vt p̄stes sosioꝝ pumice  
 mundus. Idem in arte. Hic meret æra liber sosijs &c. At Sosia serui  
 comici nomē, pducit, contra quorūdam doctrinā, quia teste Tor-  
 tellio scribit p̄ mega, idq; verum esse facile dephenditur ex Terē-  
 tio & Plauto, vt in argumēto amphitryonis. Habitu Mercurius ei  
 subseruit sosij. Sic sosides Moschi filius, qui postea ab auo Menēch-  
 mus dictus est. Dicit vtrūq; a soso. i. cōseruo & custodio.

Proscē-  
dia.  
Proseu-  
cha.  
psymna.  
Profopō  
Proserpi-  
na.

Rosa.  
Rosius.  
Sofia.

Ante t corripit, vt quotus, quotannis, quotiēs  
 o quotidie, q̄tidian⁹, q̄ duo tt pductiōis grā q̄nq; admittūt  
 vide reglam cōpositoꝝ de i & o. Philel. in. iij. vi. Quotti-  
 die doctis possunt sermonib⁹ vti. Notus vētus sine aspiratiōe, no-  
 thus cum th aspirato, quē indocti bastardū vocant, Nota notē. i. si  
 gnū, hinc notare cōtra primitiuū naturā, si a nosco fiat, nā supinū  
 notum p̄ generalē regulā pducunt, vt quē hinc fiunt notus partici-  
 pium. Noteo tes, notescō & notifico as. verba. Propert. lib. ij. Nec  
 minus hęc nri notescet fama sepulchri, q̄ fuerūt phthij busta cruē-  
 ta viri. Oui. in. i. de pōto. Atq; modū p̄cne notificare meꝝ. Vergi.  
 vij. enei. q̄s dēdala circe Suppositos de matre nothos furata crea-  
 uit. Corripitē Coturnix, otho, photinus tñ teste goudano. Lucre.  
 in. iij. nisi mēda sit ait. At capris adipēs & coturnicib⁹ auget Otho.  
 videi añt. Vitelli⁹, Botr⁹, botrys, botryo teste Nestore in Sulpitiū  
 Goth⁹ gothialicet grēce tt geminēt, & ita possum⁹ (vt opior) pdu-  
 cere. Auso. Hic possum victos in referre gothos. ppli nomē est cū th

O añt.  
Nothus.

Gothus

Exceptio.

(aspirato.

T ij

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij.

- ¶ Produc habētia duas cōsonantes ante o vt clotho, plotę, ploti<sup>9</sup>, plotia, ptoton. i. casus, cōtra Nebrissensem, vide o ante t in medijs. Martia. Caluo plotia cū melanchione, phal est. & mulieris nomē. Hora. sat. v. lib. i. Plotius & varius sinuissę Vergiliusq;. viri nomē. est. puto deduci a Plautio, vt clodius a claudio. Proteus. Horat
- Proteus.** Quo teneā vultus mutantē protea nodo. sic ceteri præter senecā in hecuba dicentē Pelion regnū protei supbum. Sap. est. fuit deus ma
- Protogenes.** ¶ Protogenes viri ppriū vel appellatiuū p generis primo ptotomi p caulibus qui primo succidunt, sic cætera a protos. i. pri
- Prototomus.** contra Alexandrū & Sulpitium qui ex Riga vel alio neoteri co nō satis docto erroris occasionē sumpser. luue. Protogenes ali
- Protolaus.** quis &c. Colu. li. xi. Sed iam ptotomus tēpus decidere caules. Mar. lib. x. Et faba fabrorę prototomicę rudes. Scot<sup>9</sup> pducit apd Clau
- Bebelius.** dianum & Sidoniū. Bebelius dicit scotinus corripit. ¶ Tolluntur
- Broteas.** hinc Broteas viri propriū, vide e ante a. ¶ Crotus. i. vir quidā
- Crotus.** inter astra relatus, de quo multa dicit Baptista Pius in Sido. in ep̄ thala. polemij vbi dicit. Falciferi Croton ire senis p summa polo rum. Colu. lib. xi. Sed trepidus profugit chelas & spicula phœbus, Dira negat tergoq; croti festinat equino. ¶ Crotō onis. vrbs in
- Croton.** sinu Tarentino a viro eiusdē nois dicta. Oui. xv. met. Inuenit æsa rei fatalia flumis ora. Nec pcul hinc tumultū sub quo sacrata Cro tonis Ossa tegebat humus iussa q; ibi moenia terra. Condidit & no men tumulati traxit in vrbem. Sil. lib. xi. Patefecit amicas alta cro ton portas. ¶ Crotalū. i. crepitaculū, instrumentū musicum quo in sacris utebant ægyptij teste Tortellio. Calderinus in Martialem vult esse margaritas, quas in auribus portabāt mulieres vt sonitu delectarent, crotō græcis plausum significat, cronin pulsare. Ver, in coppa. Crispum sub crotalo docta mouere latus. In priapeis, Cymbala cū crotalis pruriginis arma priapo. ¶ Crotopus vi ri nomen, vide o ante p. ¶ Crotiorus, vide o ante r. Proteruus dictum est in cōpositis a pro. Proteros in Mar. ¶ Cotil<sup>9</sup> viri no men apud Martia. lib. ij. & alibi sæpe. ¶ Cote es. vel cotes is. quia scribit p ω mega teste Nebrissensi. Est aut Mauritanix oppidum.
- Crotopus.**
- Cotilus.**
- Cote.**
- Iota.** ¶ Iota lřæ græce nomen. Mart. in fine secūdi. Vnū de titulo tolle re iota potes. potest tamē esse trisyllabū. ¶ Lotos arbor, & in eā arborem versa nymp̄ha. dicit quoq; lotis idis, sunt qui velint her bam esse, notū est loti fructū esse suauissimū, quo victitates populi quidā lotophagi dicuntur. Mar. lib. iij. Nec plus lotos aquas littora myrtus amat. Pris. in situ orbis. Hospitijs gaudens gens degere lo tophagoꝝ. ¶ Lotium. i. vrina, a lotus cōtra primitiui naturā cor
- Lotium.**

ripitur teste Laurentio Valla lib.i. ca.ij. Catul. tamen pduxit in hoc seazo nte ad agnatiū. Hoc te amplius bibisse p̄dicet loti pro lotij. ita legunt doctissimi, & est sensus melior q̄ legendo lotus, licet ita habeant nōnulli libri. Si p̄t scriberemus cū Philelpho otium exci-

Otium:  
Potilian<sup>9</sup>  
Soter.  
Soteria:  
Sotes.

piendū foret, cetos p̄ ce dicit diphthogon nō otos contra quosdā. ¶ Poto notum, hinc cōpoto &c. ¶ Potilianus viri nomē in. vi. lib. Martia. ¶ Photis idis, teste Bebelio. ¶ Soter eris. i. saluator p̄ magnū scribit, & est q̄nq; viri, ppriū, hinc soteria ē. salus soteri on salutare, soteria orum. dona amico data, quæ ipse p̄ salute dñs vouit. Mart. lib. xij. Nam q̄ties surgis soteria poscis amicos.

¶ Sotes ē. viri nomen interpretat̄ parcus. Afotos vero p̄dig<sup>9</sup> est. Mart. lib. iij. Sote filia clinici labulla Deserto sequeris clytū marito Et donas & amas echis afotos. i. es p̄diga, phal. est. Sotades viri p̄ prium & carminis genus qd̄ sotadeū & sotadicū dicit. Mart. lib. ij. Nec retro lego sotadem cinēdū, phal. est. Idem lib. vi. Reum puta-

Sotades:

tis esse sotadem nō est. Scazō est. Aufonius sic hexametru inchoat. Sotadicon. ¶ Totus Mart. Tota quidē ponat̄ anas. Verg. in. iij. geor. syneresi vsus est dicens. Magnanimosq; duces totiusq; ex or dine gentis Mores & studia & pp̄os & p̄elia dicā. ita legit & decla rat Badius. at corripunt̄ toties & totidē, testimonia facile occurrēt.

¶ Votienus viri nomen. Mar. lib. viij. docti patria narbo Votieni. votum nomen vt supinū a voueo notum est.

Votien<sup>9</sup>

Ante u corripitur, vt ouis. Ouidius. Mar. li. vij

o Onullis Ouidi tacende linguis, phal. est. Prouincia p̄duci tur quia a puinco est, q̄ eam pp̄us romanus puicit. i. añ vicit, teste Festo. Ouare corripitur, hinc ouatus. Persius. Hinc illud subñt auro sacras q̄ ouato Perducis facies, non accedo ñs qui ab ouū hic deduci volunt.

O añ u

Exceptio.

¶ Ouum. Horat. sat. iij. lib. ij. Longa quibus facies ouis erit illa me- mento &c. Nouara p̄ducit̄ a Mantuano.

**U**Ante b corripitur, vt rubet, rubeo & teste Nesto re rubrica, quia authoritas veterū nō obest. dicit hoc con- tra Sulpitiū, nec mirū si apud poetas nōdum breue legat̄, quia raro inuenit̄ & p̄duci semp̄ potuit. Claudianus li. iij. de raptu p̄serpine. En ora fatiscunt Vulneribus grādīs q̄ rubent in pectore sulci. Ideo Sabellicus docet corrupte legi apud Papi. lib. iij. syl. Qua lia pallentes declināt libya culmos. Rubentesq; rosē primos mori untur ad austros, ita etiā habet̄ in Papi. Haloini nobilissimi, sed mē

V añ b  
Rubrica.  
Rubeo.

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatoriae:

**Rubi.** dose quia vt recte docet Sabellicus legendū est. Rumpentesq; rosæ id est tum primū erumpentes & florere incipiētes. rubus. Serenus: Mandit̄ apta rubus gingiuvis & bona labris. Rubi orum. italię vic<sup>9</sup> vel oppidulū. Hora. Inde rubos fessi puenimus, hinc rubea vimina p̄fiscellis afferebant̄. Verg. Nunc facilis rubea texat̄ fiscina virga. Hora. quidā male hnt̄ in rubos & c. ¶ **Iubar.** Ver. de ortu solis. Et clarę emicuit sole oriente iubar. Menda est ibidē quū dicit̄. Tithoni cōiunx roseo sub lumine iubar. Inficit & cælum lutea syderę recte. oret solem Phœbū aut qd simile. Notat id Badius grāmaticus diligentissimus & doctissimus, Subucula. Hora. Occurri rides si forte subucula pexę Trita subest tunicę.

Exceptio.

¶ **Connubium.** ¶ **Glubo.** ¶ **Hubere cum suis Hubert<sup>9</sup> Iubilum. Iubilo** ¶ **Lubricus** ¶ **Pubes.** ¶ **Rubigo.** ¶ **Produc b** vel n ante u. vt Bubo, nubo, sed corripe bubulcus & q̄ ante docuimus p̄nubus, innubus. Connubiū v̄o variat̄ a Vergilio & alijs. Verg. in. i. ænei. Cōnubio iungā. Oui. i. met. Nec qd hymen, qd amor, qd sint cōnubia curat. ¶ **Glubo** is. verbū tercię. i. corticē detraho, vnde & pecus glubi dicit̄ quū pellis detrahit̄. Cato de re rust. salictū suo tpe cedit̄ glubito atq; alligato, librū cōseruato, hinc deglubo. Sueto. in Tyberio. Boni pastoris esse tōdere pec<sup>9</sup> nō deglubere. Auso. metaphoricos de impudicissima muliercula dixit. Deglubit, fellat, molit̄ p̄ vtrāq; cauernā, hic molit̄ passiuū est a molo, qd̄ aliqñ metaphoricos capit̄ in venereis. ¶ **Huber** fixum & mobile, hubertas inhuber, huberare, exhuberare, hubertus. i. abūdans, aliqñ est viri ppriū, omnia cū aspiratione teste Geor. valla. Verg. binos alit̄ hubere foetus. ¶ **Iubilū** qd̄ ex gaudio voce nec tamē verbis exprimit̄, hinc iubilo as. verbū. Sil. lib. xiiij. Et letus scopulis audiuit iubila cyclops. Calphur. eclo. i. Non mōtana sacros distingūt iubila v̄sus. Faustus eclo. iij. Iubilat om̄is ager vocemq; ad sydera iactat. Iubileus & p̄ o iobileus aliunde est. vt in. i. ænei. docet Sabellicus, ideo non rephendo Petrarchā dicentē in. ij. epist. ad Clēmentē sextum. Et iubileus erit scis qd loquor annuetādem. ¶ **Lubricus** & lubrico as. testib<sup>9</sup> Nestore, Sulpitio & Nebris sensi quia correptionē nondū inuenerunt, nec corripiā donec inueno. ¶ **Pubes**, pubesco, pubertas, vnde impubis & c. Verg. Pubetenus virgo. ¶ **Rubigo** ferri & segetis vitium. Hora. Iuppiter vt pereat positū rubigine ferę. Verg. i. geor. Exesa inuenies scabra rubigine pila. Claud. in. iij. de raptu p̄serpineę. Deficiunt riui squalent rubigine prata. Sic rubigus q̄ & robigus apd̄ Martialem, nō rubigine cū Nestore, sed erugine cū Sulpitio lego in. ij. li. sic. Vteris

ore aliter nimiaq; erugine captus Allatras nomen qd' tibi cūq; da-  
 tum est, quāobrem censeo nō imitandū nec in hoc nec in pluscul'  
 vis; alioqui doctissimū Prudentiū dicentē in psyco. Condere va-  
 gina gladiū ne tecta rubigō. ¶ Suber. Persius. Vt ramale vetus  
 vegrandi subere coctū. ¶ Subula instrumentū cerdonū. Mart. li.  
 iij. Qd'q; tibi tribuit subula sica rapit. ¶ Subulo onis. lingua thu-  
 sca significat tibicinē. Auso. Peruerse veneris postico vulnere fos-  
 sor. Lucilli vatis subulo pullo primor. Subulones q; cerui qbus  
 sunt cornua simplicia mī meq; ramosa ad subularū similitudinem.  
 ¶ Tuber neutri generis fūgi spēs. lu. sat. v. Fumat aper post hūc ra-  
 dū tubera si ver Tūc erit, metaphoricos tubera dicūt tumores ro-  
 tundi in q'cūq; corpore, diminutiū est tuberculū, hinc nomen &  
 ybū tubero, vñ extubero as. Tuber y'o tuberis feminini generis  
 arbor qdā est & illi<sup>9</sup> pomū. Mar. in xenijs. Lecta suburbanis mī-  
 tū a pyrīna ramis, Et y'nē tuberes, qd tibi cū Libycis. Nestor dixit  
 masculinū esse. Ego iuenio vbiq; in foeminio genere y'nē nō y'ni.

Suber:  
Subula:  
Subulo.

Tuber;

Ante c' pducitur, vt mucus, lucania, Lucanus  
 v apud Horatiū, & alios. quare minus perite dixit Petrar-  
 cha in. iij. a phricę. Fama dedit nomen simili pietate Luca-  
 nas Strauit opes Lucilius &c.

V añ c'

Exceptio.

¶ Corripe hñtia e vel n vel r añ u. vt cuculus, nucleus, trucido qd'  
 cōpositione notū est, sit em e trux trucis & cędo. Lucre. li. vi. Ignē cō-  
 tinuo magno clamore trucidat. ¶ Tollunt hinc Cucubo as. qd'  
 noctuarū est. autor philomelę. Noctua lucifuga cucubat i tenebris.  
 Cucurio is. qd' galloz. Idem. Cucurire solet gall<sup>9</sup> gallina gracillat  
 Nuceria cāpanię oppidū. Sil. li. viij. Illic nuceria &c. ¶ Ducarius  
 viri p'priū, forsan a dux ducis. Sil. li. v. Aduolat oraferox mentēq;  
 ducarius acri &c. Duco as. vñ educo nutrio. Catul. Nūq; se extol-  
 lit nūq; mitē educat vuā. Duco tertię pducit, sed dux ducis corripi-  
 tur. ¶ Ducenti, duceni. Mar. li. xij. Deinde ducēta sonas & ais nō  
 esse minoris. Nescio an mēda sit apd' Mantuanū, quē certe nō imi-  
 tabor, vbi ait. Ducētos quadraginta sup (nisi fallimur) annos.

Cucubo:  
Cucurio  
Nuceria:  
Ducari<sup>9</sup>.  
Educo.

Ducenti;

¶ Fuca. Colu. lib. xi. Ponit & lactis gustus q' condat herba Deie-  
 ctura quidē fronti data signa fucarū. de herba lepido loquit de i'ciē  
 te signa & hulcera cicatricū, hęc & plura in Columellā Fortunatus.  
 Fucus sine dubio pducit. ¶ Lucrū. Verg. Sperne lucrū, sic lucror  
 lucellū. ¶ Lucrinus lacus Campanię a lucro dictus ppter multitu-  
 dinē pisciū qui ibi capiebant. Mart. li. iij. Ostrea tu sumis stagno sa-  
 turata lucrino, Sugitur inciso mytilus ore mihi.

Fuca.

Lucrum:  
Lucrinus

Ioannis de Spauterij Niniuitæ Verificatorij

- Lucretius** ¶ Lucretius viri nomen. Oui. in amoribus. Carmina sublimis tūe  
**Lucretia.** sunt peritura Lucreti. Exitio terras quā dabit vna dies. ¶ Lucre-  
**Lucerna.** tia mulieris nomē masculini mensum seruat, ideo recte dixit in. iij.  
 aphricę Petrarcha. Quis fuerat celebri spectata Lucretia phama.  
 ¶ Lucerna cōtra primitiui naturā quia a lucendo dicit. Mart. lib. x.  
**Lucretilis** Seras tutior ibis ad lucernas, phal. est. ¶ Lucretilis mons in Sabi-  
**Luceres.** nis. Hora. i. car. ode. xvij. Velox amcēnū sępe lucretilem, v̄sus est  
 alcaicus dactylicus. ¶ Luceres romuli milites, variat. Oui. iij. fast.  
 Quosq; vocant rhamnes luceribusq; dedit. Proper. li. iij. Hinc ta-  
 ties rhamnesq; viri luceresq; coloni. at Luceria oppidum pducit.  
 Hora. lib. car. iij. ode. xv. Tonse luceriā nō cytharę decē. Asclep. est.  
**Mucro.** ¶ Lucumo vide u ante m. ¶ Mucro cuspis, & acumē ensis & telo-  
 rum, & ipse ensis. Nestor dicit corripit.

V añ d

Ante d pducitur, vt rudus apud Colu. in. xi.  
 v Cudo cōtra Alexandrū, Verg. iij. Geor. Excudunt ceras  
 & mella tenacia fingunt, in eodē lib. menda est. Omnia tē-  
 tanti excuderat p extuderat, ab extūdo vt notauit Badius. similiter  
 in viij. ænei. Excuderat scilicet p extuderat.

Exceptio.

- Ludouic-** ¶ Pudet, pudor, pudens, cōmune & ppriū pudicus, pudicitia. Oui.  
**cus.** rapuitq; pudorem. ¶ Ludouicus a neotericis variat ¶ Rudis  
**Rudis.** mobile & fixū, vt Ennius ingenio maxim<sup>o</sup> arte rudis. hoc est ap  
 Oui. in. ij. de trist. Hora. Spectatū satis & donatū iam rude queris.  
**Rudens** ¶ Rudens funis nautic<sup>o</sup>. Ver. in. i. Insequit clamorq; viri stridorq;  
**Rudo** rudentū. ¶ Rudo is. Seruus vult naturaliter pduci, tu ppter au-  
 thoritātē Vergilianā dicas variari, Verg. vj. ænei. Sera sub nocte  
 rudentum. Oui. in iij. de arte. Vt rudis a scabra turpis asella mola.  
 Persius. Findit arcadię pecuaria rudere credas. ¶ Rudia arum.  
**Rudia.** Ennī patria. Sil. lib. xij. rudię genuere vetuste. Nunc rudię solo me  
**Rudinus** morabile nomē alūno. ¶ Rudinus viri ppriū apud Ausoniū.  
 ¶ Sudes vide stypes i ante p. ¶ Studeo studiū. Hora. in arte. Qui  
 studet optatā & c. ¶ Trudes is. cōtra primitiui naturā quia a tru-  
 dendo dicit. Ver. v. ænei. Cōsurgunt nautę & magno clamore mo-  
 rant. Ferratasq; trudes & acuta cuspide contos. Expediūt, fractosq;  
 legūt ingurgite remos. Perticę sunt ferro munitę quibus naues de-  
 trudere solent, vt videbis apud Vergiliū Badiana diligētia illustra-  
**Tudito** tum. Tudito. as. lucri gratia negociū ago. Ennius. Nec tuditan-  
**Tuder** tes rem cessant extrinsecus vllam. ¶ Tuder eris. oppidū Umbrię  
 neutri generis. Sil. li. vi. Vertice mōtis Deucxū lateri pendet tuder

atq; vbi latis. Dicitur etiã tudertum i. hinc adiectiuũ seu denomina-  
tiuũ tuders tis, vt a tyburs, qd' male quidã putarunt ipsum oppi-  
dum significare tacentes de tuder. Idem lib. iij. Et gradiuicolã celso  
de colle tudertẽ. ¶ Præteritũ contudi in generalibus patuit.

Ante f pducitur, vt bufo, rufus, rufinus, Mart. **V añ f.**  
v Roma magis fuscis vestitur gallia rufis, vbi autẽ Nestor **Rufæ.**  
legit. Quiq; rhipas betulumq; tenent, impressio badiana

(quã cæteris solemus preferre) habet tam in lra q; in cõmentarijs.  
Quiq; rufas batulũq; tenent quæ lectio an vera sit nihil assero, si  
vera est, necesse est hic excipe rufæ arum. p castello italię, nec excipe-  
retur betulum in e ante t. quia hic batulũ legit cum a ante t.

Ante g pducitur, vt rugio, qd' propter philo- **V añ g**  
v melẽ authorem corripit nō decet, est em indignus quẽ cõ **Rugio.**  
tra oim veterẽ autoritatẽ sequamur dicentẽ, Tygres in

domitẽ rancant rugiuntq; leones. Buglossa pducit tantũ, teste Ne-  
store. Mugilis piscis. Catul. Percurrẽt raphanicq; mugilesq;, phal.  
est. Lugeo, Oui. i. met. Luget vt amissam, mēdum est in viij. aphri-  
cæ. Qz nostrẽ vulnera gentis Nunc lugeo p doleo.

Exceptio.

¶ Corripe habentia f vel i vel p ante u. vt fugo, fugio, iugũ, pugil,  
pugillus. Tollunt hinc fruges, frugi, frugalitas, quicqd hinc fit. lu.  
sat. v. Ventre nihil noui frugalius. ¶ Iugerẽ iugere in heteroclitis  
patebit. Sedul. lib. ij. Iugibus hoc votis hoc nocte dieq; p̄cemus, sic  
cæteri. Ideo eundẽ non sequar hoc nomẽ sæpe corripientẽ, vt li. i.  
Sceptrũ iuge ḡria cõsors. & li. iij. Quẽ dño miserante iuges. In eodẽ.  
Et quotquot tetigere iugem sensere salutẽ, Pugio teli genus. Marti.  
in apo. Pugio quẽ curuis & c. ¶ Pugillaris & hoc pugillare vel pu-  
gillar variat, qa nō solũ Prudentius corripuit, vt male dixit Beber-  
lius, lu. xi. sat. Nec pugillares defert in balnea raucus. Testic' os, hic  
adiectiuũ est. Aufonius ad notariũ. Bipatẽs pugillar expedi. hic cor-  
ripit qa vsus est iãbicus dimeter. Prudentius. Vñ pugillares soliti  
pcurrere ceras. Sunt pugillares tabellæ in qbus scribimus. ¶ Tu-  
guriũ. Verg. in buco. Pauperis & tuguri congestũ cespite culmẽ.

Ante l corripit, vt hululo as, vlula auis nomẽ. **Tuguriũ**  
v Notentur geminata vt bulla, quod tamẽ Georgius vni **V añ l.**  
colle scribit bula.

Exceptio.

¶ Produca habentia f vel g vel m ante u. vt fuligo, gulioq; iuglan-  
diũ putamina. Mulus mula. Sed corripe fulix v' fulica auis nomẽ  
V.

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij

- gula & mulier. Anienus in Arato. Et quū parua fulix trepido vo-  
lat arua volatu Stagna sinens. Verg. In sicco ludunt fulicę, cætera  
satis nota sunt. ¶ Bulimeon fluuij nomē, Prif. in perihegesi. Buli  
meon pariter p̄stringens littora currit. ¶ Bule. i. consilium.  
Bule. ¶ Culus author priapę. Et qđ nos culū culion ille vocat. hic cu-  
Culus. leus est testiculus vel testiculoꝝ sacculus, veluti apud Mar. Quum  
Culeus. depilatos chreste culeos portas, scazon est, quādo corripit coleus  
dicit, vt in o ante l dixim⁹. Culeus etiā est vter in q̄ scelestissimi clau-  
deban̄ cum simia serpente & gallo, vt apud Iuue. vide simia i ante  
m. interpretat apđ nos, vagina. Dicit quoq; p̄ o coleus, & sic prima  
corripit vt docet Nestor p̄ Homerę in. i. iliados. Idem cōtra Tor-  
telliū & Gasparinū docet vnico l scribi, & græcū esse, cōtra ineptu-  
los qui crediderant a claudio deriuari. ¶ Dulia & quicqđ est a du-  
los. i. seruus quia græce δουλεια per ou diphthongo n scribit̄ teste  
Dulia Calepino, vide in medijs i ante l. ¶ Dulichiū cum ch aspirato in  
maleaco mari insula, hinc Dulichius. a. um. vide same a ante m. di-  
Dulichi- citur quoq; dulichia ē. Proper. lib. ij. Quū tetigit charę littora duli-  
um. chia. ¶ Iulius. Vergi. Iulius a magno & c. ¶ Iulianus & Iuliana  
Iulius. hominū ppria, & potest a Iulius esse possessiuū Iulius a. um. vt lex  
Iulianus. iulia, & iulianus a. um. Mart. lib. iij. Si tēperari balneū cupis feruens  
Faustine qđ vix Iulian⁹ intraret. Scazontes duo sunt. Quidā male  
corripuit, emēdabit si sapit. ¶ Pulex tantū p̄ducitur a doctis, nā  
Pulex. qui corripuerūt indigni sunt quos imitemur contra Nestorē, Sul-  
pitium, ceterosq; neotericos. Mar. in apo. Defendit manus hęc sca-  
pulas mordēte molesto Pulice vel sigd pulice sordidi⁹. Pulex etiā  
vermiculus est brassicis infestus ac alijs quoq; hærbis. Colu. lib. xi.  
Paruulus aut pulex irrepens dente laceffet. In quinto Manilij simili-  
ter p̄ducit, licet mēdose videat̄ corripui. Nunc videamus qui corri-  
puerunt, an ne vt ignaui chærule sint e poetarę cœtu abigēdie sunt  
certe, nā pulicis authorē nō Ouidiū, sed alium nō poetam, sed ne  
idoneū quidem satis versificatorē fuisse inconfesso est. is male ait.  
Parue pulex & amara lues inimica puellis. Macer de viribus hær-  
barū. Non metuet pulices istoq; fugant̄ odore. Sic plures indocti  
quorū ineptijs etiā doctissimi quidā decepti sunt, nam Philelphus  
in vi. iij. pulex corripuit, & Faustus Philelpho nō indoctior ecloga  
iij. Quid brevis iste pulex, quid vilis homūcio possit. ¶ Pulyp⁹  
Pulus. & pul⁹ damas vide o ante l. Polypus, pulus, pulastra teste Georgio  
Thule. valla, nam pullus, i. niger l geminat. ¶ Thule. Iu. sat. xv. de cōdu-  
Thule. cendo loquit̄. Iam rhetore thule. insula est de qua nō nihil in i ante l  
Vligo. thyle dictum est. ¶ Vligo inis. humor terræ, Sil. viij. Et quos pe-

stiferapōtini vligine campi. Maro. ij. Geor. At que pinguis hum<sup>9</sup>,  
dulciq; vligine leta. Sulpiti<sup>9</sup> dicit apud eundē corripit cui<sup>9</sup> nō occur  
rit testimoniū, ne corripias nisi inueneris. Bebeli<sup>9</sup> dicit vltus pducit.

Bebelius

Ante m pducitur, vt humanus, humor, humeo,  
v humecto, & quæcunq; hinc fiunt.

v añ m.

Exceptio.

¶ Corripe habētia c vel n vel ti ante u, vt cumulus, numantia, licet  
a Petrarca in. ij. lib. epi. pducit Numisma. Marti. Cur data sunt  
equitibus qnq; numismata quare. Male igit dixit Riga in Luca. Cē  
fareū numisma videns qd mōstrat hebræus. Græce nomisma di  
citur a nomos. i. lex. Nūmus vndecūq; dicitur positu pducit tantū,  
licet quidā sine veterē authoritate ppter grāmaticorū deriuatificu  
las ausus est corripere, apud me pfecto nihil valuerit grāmaticorū  
voluntas, contra poetarū cōem vsū. Numa Numanus, tumeo,  
tumulus, tumultus. ¶ Tollunt huc Cume es. vel Cume arum.  
cāpaniē vrbs. Horat. Non mihi cumas est iter. Stat. v. syl. Collis et  
ausoni pridēlaris hospita cume. ¶ Numen. Oui. si flumina nu  
men habetis. Numacius, Mar. lib. x. Simplicior priscis numaci gal  
le sabinis. vtūis est pprīj noīs. ¶ Struma, tumor & morbus, qui a  
scrophis eū frequenter patientib<sup>9</sup> scrophula dicit, hinc strumosus  
lu. Strumosum atq; vtero pariter gibboq; tumentē. Est etiam viri  
ppriū aut de viro p opprobriū dictum. Catul. Sella in curuli stru  
ma nonius sedet. iambicus trimeter. ¶ Numella vinculi genus  
Lucre. lib. vi. hæc numella videt, est finis versus.

Numis  
ma.

Cume

Numen  
Numaci  
us.

Struma.

Numella

Subexceptio.

¶ Humus, humilis, humerus notata sunt cū deriuatis. ¶ Pumilo  
vel pumilio & pumilus, cuius fœmininū pumila. i. pygme<sup>9</sup> & pyg  
mæa inuenit quoq; hic & hæc pumilis. Papi. syl. i. hic audax subit  
ordo pumilonū. Ibidē. Mirat pumilos ferocios. phal. sunt. Mar.  
in apo. Parma tibi scutū pumilionis erat. Colu. Pumiles aues nisi  
quē humilitas earū delectat nō probo. dicunt quoq; p o pomilo.  
pomilus &c. ¶ Rumex hæra. Verg. in Moreto. Fœcūdusq; ru  
mex malue violæq; virebāt. alij habent inulę nō violę. Est quoq;  
teli gen<sup>9</sup> teste Festo apud Lucilliū. Tum sparatū rumices portant  
tragula porro. Petrar. corripit secūdam cū prima in rumentum.

Pumilo;  
vel io &  
pumilus.

Rumex.

Ante n producit, vt munio, cunæ &c. male er

v añ nō

go qui dixit Dic patribus muniant vrbē dic mœnia fir  
ment. Idem male ait. Frater & hūc iuxta iunior frons ipa  
fatetur Argutū, Guneus, funis, luna &c.

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij.

Exceptio.

**Cuniculus.** ¶ Cuneus instrumentū quod ad scindēda ligna adhiberi solet, huius prima pars acutior est. Verg. Nam primi cuneis scindebāt fissile lignū. p. translationē Cuneus est peditum multitudo in cuneiformā redacta, hinc cuneatus a. um. excuneat<sup>9</sup> &c. vt cuneatum theatrum &c. ¶ Cuniculus animal notū, & foramen subterraneū, ex quo vapor trahit in balnearibus vaporibus, quod Festus neutro genere cuniculum dicit. Mart. in xenijs. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris, sic cæteri in quouis carminis genere. ¶ Tunica notum est. Mart. Et laxas scombris sæpe dabis tunicas.

**Vān p** ¶ Ante p corripitur, vt duplex, stuprum, Iuppiter autē geminat pp. vt supparus, & si Georgio vallē credas stypa. tu videto quæ diximus in styppa i antep.

Exceptio.

**Pupus.** ¶ Produc habētia vel n vel p vel r ante u. vt nuper, pupus, rupes.  
**Pupa.** ¶ Pupa est puer paruulus ac tenerior. & pupa similis puella. hinc imaginūculas puellares pupas vocamus, diminutiua sunt pupulus, pupula, hinc itē pupillus pupilla, p. ijs qui extra potestātē patris sub tuto ribus esse ceperunt, hinc quoq; pupula & pupilla ob paruitatem dicta est oculi particula, scribunt omnia v nico p. vt videbis ex Nestore & Calepino, & deriuatio satis declarat. Nihil autē horum corripit a fide dignis, licet grāmatici dicāt pupilla variari. vellē Sulpitius aut alius dicta sua reiectis chæcerulis, ex dulcissimo veterū auctoritate pbaret. Aufoni<sup>9</sup> in cōpositis a pes & gonos atq; nōnulli alijs, a doctissimis defecit, ideo nō imitabor hunc dicentē. Barbara quæ latias vincis alumna pupas. Mart. Pupam se dicit Gellia quā sit anus. Persius. Dicite pontifices in sacro quid facit auræ. Nempe hoc quod Veneri donatē a virgine pupæ. Catul. Deprēdi modo pupulum puellę. phal. est. Varro. mammā lactantis sugentē pascere pupum. Hora. in. i. epist. Piger annus Pupillis quos dura pmitcustodia matrū. Persius. Osi sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule pupillū ve vtinā quē proximus hæres. Impello expūgam, sic cæteri poetę. Nam Rigā reliquosq; latinatatis euerfores nō pili facimus. Manil. lib. iij. Paruula sic totū puisset pupula cœlum Verg. in culice. Ac senioris erat naturę pupula telo lecta leui. Lucre. lib. ij. Et quoniā plagę quoddā genus excipit in se. Pupula quā sentire colorē dicit albū. Idem lib. iij. Et quasi pterget pupillas atq; ita transit, sic ceteri quotquot sunt fide digni, ergo cōtra Bebeliū & alios dicas tantū pducī, quod si Baptista vel alius inter neotericos egre

Pupus.  
Pupa.  
Pupulus.  
Pupillus.  
Pupula.  
Pupilla.

Aufoni<sup>9</sup>

Bebelius.

gius corripuerit, non imitabor, quia per grāmaticos deceptus est, aut neotericos poetaſtros nō veteres imitatus, ſiqui cōtra ſentiant vincant me veterū authoritate, qui puritatē latinę linguę custodierunt, & auxerunt nō violauerunt, id ſi nequeant mecū ſentiant neceſſe eſt. ¶ Scrupulum quoq; p̄duci tantū contra Neſtorem do cuimus in ſcrypulū i ante p, quia p̄ correptiōe citat Neſtor ridicu los poetaſtros vt illic vidim⁹. Scrupus lapillus breuis, qui preſſus ſollicitudinē creat, vnde ſcrupulus p̄ difficultate & ſollicitudine ca pitur, hinc ſcrupeus, ſcruposus & ſcrupuloſus, quæ om̄ia p̄duci tā tum dicimus, licet neotericoꝝ forſan nōnulli corripuerint, q̄s car pendos dicimus nō imitandos. Luca. li. v. Scrupoliſq; anguſta vo cant vbi littora ſaxis. i. aſperis. Verg. li. vi. Spelūca alta fuit vaſtoq; immanis hiatu Scrupea tuta lacu nigro. ſic Seneca rufus & c. vnicū corripit Rupilius viri p̄priū. Horat. ſat. vñ. Proſcripti regis Rupili pus atq; venenū, p̄ rupiliñ per apocopen. ¶ Cupa vnico p̄ teſte Nebriffenſi olim dicebat̄ caupa, hinc caupo onis. vide Calepi. & interpretes Lucani in hūc verſum lib. iij. Nāq; ratem vacuæ ſuſtē tant vndiq; cupæ. ¶ Cupennius viri p̄priū. Hora. ſat. ij. Nolim laudari in qui. Sic me mirator cunni cupēnius albi. ¶ Stupa, vide i ante p. ¶ Vpilio, vide o ante p. opilio. ¶ Vpupa tamen corripit̄ contra Bebeliū & plures, vide e ante p. Epos. ¶ Vfens ad ſp̄tinet quia latinū eſt, Verg. atq; in mare cōdit̄ vfens. fluuij no men eſt & viri. Pupugi p̄ regulā generalem corripit̄.

Scrupu lum.  
Scrupus.  
Scrupu lus.

Rupilius.  
Cupa.

Cupēni⁹

Vpupa.

Vañr.

Ante r̄pducitur, vt curia, curio onis. Luca. li. i.

v Audax venali comitat̄ curio lingua. Furius viri nomē.

Catul. furi & aureli comites catuli. Sap. eſt. Nō credo Be belio qui dicit variari, niſi correptiōis egregiū testimoniū videro; nam Mart. etiā in vi. ait. Tu ſi furius antediētus eſſes, phal. eſt.

Exceptio.

¶ Curius viri optimi nomē. Iu. Qui curios ſimulat̄ & bachanalia viuunt. Apud Propert. in quibusdā libris mendose legit̄ Curius p̄ curtius li. iij. Curtius expletis ſtatuit monumēta lacunis, hic Cur tius teſte Beroaldo interprete, lacū ſignificat qui erat in foro roma no, a Curtio viro forti dictus. ¶ Cures ſabinoꝝ oppidū. Perſi⁹ Diues arat Curib⁹ q̄tū nū miluus oberrat, hinc curetis teſte Bero aldo in illd̄ Prop. li. iij. Quid tū roma fuit tubicen vicina curetis. Quū quateret lento murmure ſaxa Iouis, hinc q̄rites dicti putant̄ Itaq; dic̄ tubicē curetis. i. a curib⁹, nō curetis Iouis, nā curetes p̄ Cre tē populis & Iouis ſacerdotib⁹ p̄duciſ tantū. Ver. iij. geor. Curetū ſonit⁹ crepitatiq; ora ſecurē. Mar. li. ix. Curetes texere Iouē crepi

Cures  
Curetis  
Curetes

Ioannis despauterij Ni niuitæ Versificatorij.

- tantibus armis. Sil. lib. ij. Cres erat erisonis curetū aduectus ab ant-  
 tris. Oui. iij. met. Vult natos esse e largo imbri dicens, largo q̄; fatus  
 curetas ab imbri. puto singulare esse cures etis. Curetes quoq; p̄p̄i  
 sunt Dalmatię, & sic curetes corripit. Luca. li. iij. Illic bellaci cōfusus  
**Curulis**, gente Curetū. ¶ Curulis. Stat. iij. syl. Exultent leges latię gaudete  
 curules. hic foemininū est p̄ sedibus q̄bus in curru mgratus vehe-  
 rant. masculine q̄q; ipsi mgratus aliqñ curules dicti sunt, dicit̄ q̄q;  
 in neutro genere curule. Hora. Cuilibet hic fasces dabit eripietq; cu-  
 rule. hoc aliq; a curru extrito, aliq; a curibus deducūt, nobis satis est re-  
 cte mēsum docuisse. ¶ Duraton onis. montis ppriū. Mar. li. iij.  
**Duratō**  
**Durius** Et sc̄m duratōis ilicetū, phal. est. ¶ Durius lusitanię fluiuius. Sil.  
 lib. i. hinc certant pactole tibi duriusq; tagusq;. Strabo duriā appel-  
**Furo** lat multi doriā. ¶ Furo is. furio is. furo as. furor furia ē. Luca.  
**Murio.** Quis furor o ciues. ¶ Muria genus liquaminis. Persius. Tingit  
**Murius** holus siccum muria vaser in calice empta, dicit̄ etiā muries ei.  
**Murin⁹** ¶ Murius murio teste Badio in Sulpitiū. Murin⁹ a. um. puto pdu-  
 ci tantū vt sit possessiuū a mus muris. Martialis tamē corripuit cō-  
 tra primitiuū naturā si vera est lectio Domitiana li. ix. Cāpis diues  
 Apollo sis Murinis, vsus est phaleuciū, vide Domitiū, quia mul-  
 ta dicit, caute p̄spicias priusq; imiteris, vide annotatiōes Beroaldi,  
 Politiani &c. an huic lectiōni cōtradican, illo r̄ scripta nunc apud  
 me nō sunt, ideo ad illos remitto studiosum lectorē. E plurimis vs-  
 bis Domitiū sufficit nūc hęc subiecisse. Cāpi murini dicunt̄ campi  
 Apollinis sminthei, syllabā a primitiuo mutat a mure murin⁹ cor-  
 ripit qd' dandū est poetæ in vsbo qd' recens p̄ smintheo deriuauit  
 q̄uis Plinius hordeū murinū dixerit a muribus, hęc & plura Do-  
 mitius, q̄ diligēs videre volet, nō contētus nr̄is, id qd' summe lau-  
**Nurus** do. ¶ Nurus. Oui. xi. met. Ecce nurus ciconū &c. Maffcus videt̄  
 p̄duxisse sed in plurib⁹ a veterib⁹ recessit. Nolito igit̄ imitari, quia  
 forsan mendosus est eo loco li. quē xij. ænei. esse voluit. Hęc inter  
**Spurius** matrū innūera nurūq; caterua &c. sed legendū est nuruū. ¶ Spuri-  
 us qui incerto patrenatus est, a spirin. i. seminare qa scilicet nihil ali-  
 ud de p̄re q̄ semen affert, gr̄cū est nec a spurc⁹ deriuat̄, vt indocti  
 sompniarūt. hinc vsiculos incerti authoris spurius vocam⁹. Au-  
 so. ad Vrsulum grāmaticū. Quiq; notas spuris vsibus apposuit.  
**Turius** ¶ Turius viri nomē. Hora. sat. i. lib. ij. Grande malū Turius si qs se  
**Thuris** iudice certet. ¶ Thuris is. viri pprium. vide Maris, a ante r.  

V ante s producitur. vt Pusio, musa &c.

Exceptio.

**Fusino.** ¶ Frusino onis. italię oppidū & illius pp̄us. lu. sat. iij. Optima so-

re aut fabreria dom<sup>o</sup> aut frusin<sup>o</sup> para<sup>t</sup>. Sil. xiij. bellator frusino.  
 ¶ Pusillus licet pusio & pusus, vnde puta<sup>t</sup> deduci pducatur. Iu. sat. Pusillus  
 nec vnq<sup>ue</sup> Sanguine caudici maduerunt rostra pusilli. apud Hora.  
 Rufam aut pusillā appellet &c. puto legendū, rufam aut rufillā &c  
 ¶ Susanna æ. ppriū mulieris quā falso adulteri<sup>us</sup> accusatā liberauit  
 Daniel. Claud. ad Iacobū mgr̄m equitum. Sic tibi det vires sancta  
 Susanna suas. ¶ Susurrus velum. vnde susurro nomē & verbū.  
 Hora lib. i. car. ode. ix. Lenescq<sup>ue</sup> sub noctem susurri. Iambicus dime  
 ter hypercatalecticus. Ouid. lib. viij. meta. Procrin adit linguaq<sup>ue</sup> re  
 fert audita susurra.

Pusillus  
Susanna  
Susurr<sup>us</sup>,

**V** Ante in dissyllabis pducitur, vt brutū añal V añ t,  
 rōnis expers, hinc brutus a. um. p stolido & beluto. hinc  
 brutij quidā Italię populi q̄si bruti & osceni. Persius. Ast  
 vocat officium trabe rupta brutia saxa. Prendit amic<sup>us</sup> inops Sic bru  
 tianus, Brutus etiā ppria viro<sup>rum</sup> & verbū brutescere, obbrutescere  
 Scutū tamē vndecūq<sup>ue</sup> sunt scutula, scutulatus corripunt. Iu. Cęru  
 lea induit scutulata & galbana rafa. Tutor aris. vnde tutela etiā p  
 oppido qdā pducit a Mart. li. iij. epig. Nuto as. ap<sup>d</sup> Sill. in. i. male  
 ponit nutatia p micatia, qd nō poete sed chalcographo<sup>rum</sup> vitiū est.

Brutij

**Exceptio.**

¶ Cutis. Persius ego te intus & in cute noui. Petrar. Non venit cu  
 tise vitio q<sup>ue</sup> ruga senilis Canicieq<sup>ue</sup> premat. ¶ Frutex. vnde fru  
 tico &c. Oui. i. met. Domus antra fuerunt, Et densi frutices & iunctæ  
 cortice virgę. ¶ Lutum cœnū. vide e ante s rhelina. hinc luteus  
 & lutosus & lutatus. At luthū cum th aspirato nomen græcū colo  
 ris pducit. hinc luteus & luteolus. de significatiōe & deriuatione  
 vide Nestorē. Verg. in Bucō. Croceo mutauit vellera lutho. Idem  
 Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Persius. Surgit tacite tibi lu  
 thea pellis. Iuue. aut syneresi vsus est dicēs. Gladiosq<sup>ue</sup> parante Incur  
 de & lutho vulcano ad rhetora misit Sunt qui putāt apud Tibul  
 lum luthū corripit sed syneresin nō attendunt, tantū ergo pducā  
 mus. ¶ Muto onis. mēbrum virile, non aut (vt indocti credūt)  
 aries, & variat quia mutoniatus. i. mentulatus inuenit corripit. Ho  
 rat. sat. ij. Huic si mutoniis verbis mala tāta videnti Diceret hęc ani  
 mus. Lucil. Mutoni lachrymas tum læua absterfit amica. Mar. lib.  
 ij. Dormis cum pueris mutoniatis, phal. est. sic in priapicis &c.  
 ¶ Puto verbū, puta verbum & aduerbiū. Catul. ad Furium. Noli  
 spernere nec putare parui, phal. est, nota constructionem.

Cutis.  
Frutex  
Lutum  
Luthum

Muto

V iij

Ioannis despauterij Niniuitæ Versificatorij.

- Putris** Putror ¶ Putris. Papi. i. theb. lacera ora putresq; Sanguineo videt imbre ge-  
nas. hinc putres, putror nomē &c. Idem. iij. syl. Deterges sterilis to-  
li putrorē, phal. est. At putor. i. fetor pducit vt primitiuū puteo. A  
putreo quoq; fit putredo. Oui. in. i. de ponto. Estur vt occulta vitia  
ta putredine nauis. ¶ Vter vtra vtrū, vnde aduerbiū vtrum p  
an, similiter correptū, nota sunt hæc. sed dubiū est de vter substan-  
tuo tertij declinatiōis. Nebrissensis ( cui suffragor ) credit corripī,  
quia vterus hinc deductum corripit. ¶ Vti pro vt aduerbiū est  
& corripitur, vti ab vtor pducitur.
- Vti.** Ante t in polysyllabis corripit, vt Ruteni pos-  
puli notent e lōgis, quia pducunt vt vtilis ab vtor. glu-  
tinū, glutino as. a gluten. brutidus a bruteo, & hoc a bru-  
trus, hinc Brutidius secūde declinatiōis, viri ppriū in. x. lu.
- Vānt.** Exceptio.
- Buteo** ¶ Buteo onis. auis ex accipitrū genere quā græci a numero testiuū  
triorchen appellant. Orchis apud græcos testiculus est author Phi-  
lo mele. Atq; paludiferis buteo bubit aquis, nō est mihi alteri<sup>9</sup> poe-  
tæ testimoniū. ¶ Futio is, hinc effutio & nomē futilis. Hora. Effu-  
tire leues indigna tragœdia versus. Manil. li. i. Nunq; futilibus ex-  
canduit ignibus æther. nota ptemimerim. ¶ Glutio is, vnde de-  
glutio. i. deuoro. lu. sat. iij. Quales tunc epulas ipsū glutisse puta-  
mus Induperatorem. ¶ Glutius viri ppriū in. vij. v. Philelphi.  
¶ Luturna ꝛ, Turni soror. Oni. i. fast. Circa luturnę cōposuere lac<sup>9</sup>.  
Idē. ij. fast. Iuppiter immodico luturnę victus amore. Multa tulit  
tanto nō patiēda deo. sic Verg. &c. ¶ Mutuo aduerbiū, mutu<sup>9</sup>  
nomē, mutuo & mutuor vba. Mart. Mutua qd nobis ter gnqua-  
ginta dedisti. ¶ Mutius viri ppriū. lu. sat. i. Quid refert dictis igno-  
scat Mutius an non. ¶ Puteo es. foeteo, inde putidus, putesco, pu-  
tor. Persius. Disce nec inuideas q msta fidelia putet In locuplete pe-  
nu. ¶ Plutarchus viri ppriū. Philel. in. vi. ij. Plutarchi valido sce-  
cundū neſtare peſtus. ¶ Puteus aut corripit licet e puteo verbo  
fiat. ¶ Rutilius viri ppriū variat. Mart. lib. v. Fameꝛ rutiliū suę re-  
linquat, phal. est. Ouid in. i. de ponto. Et graue magnanīmi robur  
Struthi<sup>9</sup>. mirare rutili. Idem. vi. fast. Hæc tibi pposito memorat dixisse rutili,  
Tutia ¶ Struthius auis pducit teste Nestore, quia scribit græce p ou diph-  
thongō, in prima syllaba sequente th aspirato, & dicit etiā struthio,  
Tuticus ¶ Tutia ꝛ. riuulus in via appia. Sil. in. xij. Tutia deducit tenuem si-  
nus nomē riuū. ¶ Tutius viri ppriū. Mar. lib. ij. Romā petebat estu-  
ritor Tutius. Iambic<sup>9</sup> trimeter. ¶ Tuticanus viri ppriū pducit au-  
thoritate Ouidij, vt in p̄fatione pbauit. ¶ Nutrio Sulpitiū dicit

pduci tantū, quē Nestor carpit ppter authoritatē Claudiani dicen-  
tis. Sæpe nutrit ducitq; simul refouetq; leonē. Nestor ē fessit Bebe-  
lius volens legendū esse, Spe nutrit nō sæpe nutrit. vt ut est video  
Philepho correptionē placuisse, vt in prima decade. Hunc foror **Bebelius**  
hunc vxor nutrit, illum filia pellex, ego libentius pduxero.

**V** Ante u pducitur si cōsonans nulla precedat,  
vt vua, secus corripit vt luuo, pluua. Vnicū tollit luuer **V añ u**  
na, qd' pducit. & est regio inter Hispaniā & Britanniā. lu. **luuerna.**  
sat. ij. Arma quid vltra Littora luuernę pmouimus & modo ca-  
ptas Orchadas & minima contentos nocte britannos;

**¶ Mediarum syllabarum quantitas.**

**¶** Media syllaba est quæcunq; est inter primā & vltimā. Ea nosciē  
positu, vt potestis diphthongo, vt Mattheus. Vocali ante vocalē,  
vt pluua. accentu longo vel breui, cumento, exemplo & regula,  
de generalibus regulis satis dictū. De diphthongo ante cōsonantē  
dicemus in e littera, vt in primis fecimus, sed ne in notis morer de-  
sino p̄fari, rem aggredior.

**A** Ante B corripitur, vt cannabis.  
**Exceptio.**

**a** **¶** Producentur verbalia a prima cōiugatione in bilis  
& bundus, & omnia nomina in abulum, vt amabilis,  
latabundus, venabulum, acetabulum &c. instabilis corripitur vt  
stabilis, sic inhabilis &c. **¶** Atabulus ventus apuliæ peculiaris. vi  
dea ante p. apulia. **¶** Barabbas non satis doctē quidam excipi-  
unt quia positu pducitur vt Nestor docet, fit em̄ a bar. id est filius  
& abba. id est pater. vocabulū est syrum teste Hierony. Sedul. li. iij.  
Tunc coluere Baal nūc elegere Barabbam. Errauit igitur Riga in  
Luca. Sed solui Barabam non ch̄m poscit hebræus. **¶** Amabo  
nōnulli scioli voluere corripī quādo est blandiendi interiectio, sed **Amabo**  
nugant quia siue v̄bum sit siue interiectio, pducitur solum. Catul.  
Amabo mea dulcis Ipsithilla. Mart lib. viij. Dic verum mihi mar-  
te dic amabo. Sido. ad Fœlicē. Dic dic qd' peto magne dic amabo.  
**¶** Dolabra puto naturaliter pduci ppter diminutiū dolabella,  
qd' in viri nomen abijt, licet cū o in secūda dolobella vulgo dicat **Dolabra**  
Certesecunda pducit ergo vel hic, vel in o ante b excipiendū, no- **Dolabel**  
men fuit qd' ante me nemo fecit qd' sciam. lu. sat. viij. Inde dolabel **la.**  
la est atq; hinc Antonius, inde Sacrileg<sup>9</sup> Verres. Addit Aldus Ma-  
nutius vir facile doctissimus Candelabrū & volutabrū, quia e lon-  
gis sunt. Sic etiam ventulabrum & ( vt opinor ) velabrum.

V v